nõ eñ diuina iusticia fuisset placata nisi filius suus fuisset passus in natura assũpta. Magna potentia hõ demonẽ victoriosissime vicit. Et de illo mirũ imoduz ꝛ triũphauit. Iuxta illud dictũ xp̄i. Ioh.xij. Nũc iudiciũ est mũdi: nũc princeps hui⁹ mũdi eijcieẗ foras. Crux est arbor plena oib⁹ bonis fructibus. Si eñ folia alicui⁹ arboris sint bona necesse est vt fruct⁹ ei⁹ sint meliores. De folijs ei⁹ dicit p̄s. Et foliũ ei⁹ nõ defluet. Nos declarauim⁹ die veneris primũ foliũ: hodie ẽ scd̃s nũcius passiõis dñi nr̄i iesu xp̄i. Euãgeliũ loquiẗ de piscina hñte qnq3 portic⁹: piscina ẽ corpus xp̄i bñdictissimũ. porticus vero sũt qnq3 vulnera q̄ sũt ad sanitatez ꝑ oibus infirmitatib⁹ nr̄is. Scd̃z foliuz siue scd̃z verbũ isti⁹ arboris fuit cũ xp̄s pẽderet ꝑ duo brachia vertit faciẽ suã ad latronẽ ꝛ dixit ei hodie mecũ eris i ꝑadiso. Lãdulph⁹ dicit ꝙ in passõe xp̄i erãt centuz viginti milites: ꝛ erãt duo latrões suspẽsi cũ eo: ipse aũt in medio. Malus vero latro truphabaẗ cũ alijs militib⁹ q̄ spuebãt in faciẽ ei⁹. Bonus vero latro increpabat ip̄z dicẽs. Nos q̄dem digna factis ꝛc. Et id̃ vertit orõez ad xp̄z ꝛ dixit. dñe memẽto mei duz veneris i regnũ tuum. christus vero dedit sibi vnuz foliuz in sanitatẽ. s. hodie mecũ eris in paradiso. Et habet tres colores.

Primus est rubeus qui significat amorem,
Scd̃s est niger q̄ significat dolorez.
Tertius blaueus q̄ significat vigorẽ.

¶ De primo ad Ro.viij. Proprio filio nõ pepercit: s̄ ꝑ nobis oib⁹ tradidit illuz. Et iste color dr̄ amor. De scd̃o habeẗ Iob. Fr̄es mei lõge fecit a me: ꝛ noti mei quasi alieni recesserunt a me. De tertio Deut'o. xxxij. ego occidã ꝛ ego viuere faciã: ꝑcutiã ꝛ ego sanabo ꝛ nõ est q̄ de manu mea possit eruere. Vos dñi mei vadatis ad cartusiẽses. ego fui in vno cõuẽtu eoꝝ. Et q̃primũ fui itus venit ad me vn⁹ de seniorib⁹ ꝛ dixit mihi. pr̄ deq̄ mihi aliqd̄ bonuz cõsiliuz ego dubito dãnari. ego ei habeo tot scrupulos i ꝯscia nescio quõ euadere. Dicatis mihi dñi si illi religiosi qui quotidie cõfiteṅẗ timẽt: quid dz eẽ de nobis qui sum⁹ nutriti in pctis. Deus paẗ proprio filio nõ pepcit: sed pro oibus tradidit illuz. nunq̄d dubitatis ꝙ nõ parcat nobis si ꝑseueremus in pctis. Christus etiaz dolorem vehementissimum habuit. Inter oẽs ei presentes nemo tenebat q̄relaz ei⁹ nisi mater ꝛ latro ꝛ aliq̄ mulieres q̄ eũ comitabãẗ. ꝛ fratres sui id ẽ discipuli fugerãt oẽs. O q̃tus dolor. habuit etiã vigorẽ xp̄s: q2 nõ obstãte pena ac dolore dñabaẗ sup̱ sensualitatẽ. dicebat ego occidã ꝛ ego viuere faciaz ꝛ nõ ẽ qui de manu mea possit eruere. Vos filie accipiatis ista folia: studeatis cõplacere saluatori. dimittamus igiẗ vallem miserie ꝛ ascendamus ad montẽ gratie. Iuxta verba the. preassumpti, Ascende ad me in montem ꝛ esto ibi ꝛc.

¶ Quãtũ ad scd̃az partez. si velletis ṽtuose in religione ꝑsistere: oz hr̄e septẽ meditationes: cuz q̄bus plurimũ poteritis proficere: ꝛ finaliter saluari. btũs Berñ. sup̱ illud cãticorũ. Pone me sicut signaculũ sup̱ cor tuuz. dicit ꝙ sex sũt gradus q̄b⁹ q̄s dz ꝑficere in religiõe. Primus est sancta meditatio. vos iuuenes meditamini ꝙ oia pctã vr̄a et oẽs cogitatões vr̄e videbũẗ ꝛ apparebũt i die iudicij. Sd̃s gradus ẽ imitatio virtuosa. Leueq̄ corda domicelle. paucũ ẽ hr̄e meditationẽ: nisi habeam⁹ imitatõez. Vñ xp̄s Mat. xvi. di. Si q̄s vult post me venire abneget semetip̄m: ꝛ tollat crucẽ suã ꝛ seq̄tur me. ꝛ Paul. ad Ephe. v. Estote imitatores dei sicut filij charissimi: ꝛ ãbulate i dilectõe sicut ꝛ xp̄s dilexit vos. Dñi q̄ venistis ad audiendũ ꝑdicatõez: creditis saluari audiẽdo ꝛ cogitãdo passionẽ xp̄i: certe opz imitari xp̄m. Nunq̄d caiphas: annas: ꝛ p̄ncipes iudeorũ oẽs vider̄t xp̄z crucifixũ: ꝛ tñ ñ sũt facti meliores: vos vaditis ad matutinas: debetis pẽsare ꝙ hora matutinaꝝ sudauit sanguinẽ: ꝛ fuit capt⁹: ligat⁹: ꝛ verberat⁹. hora p̄ia fuit duct⁹ ad pylatũ. hora tertia fuit crucifixus. ꝛ sic de alijs. s. lingua iudeoꝝ clamãtiũ ꝛ dicẽtiũ. tolle tolle crucifige eũ. ꝛ fuit idut⁹ veste alba: in signũ derisiõis. Opz ista pẽsare ꝛ imaginari ꝛ cõpati xp̄o ꝛ dicere sibi. dñe de⁹ ego suz illa infelicissima peccatrix aĩa ꝑ qua tu tãta passus es. Id̃ dicit xp̄s Cãti. vij. pone me vt signaculũ sup̱ cor tuũ. oz eñ aĩe deuote ista ponere in aĩo suo ꝛ sepe imaginari ꝛ xp̄z imitari. Vos fatue mulieres loq̄mini mihi: nunq̄d hẽtis amatores q̄ dãt vobis flosculos: ꝛ ponitꝭ amore eoꝝ iter vbera vr̄a: vos estis scripte i libro dyaboli ponaq̄ istuz

Osculū passionis dñi nr̄i iesu xp̄i sup corve strū: sup vbera vr̄a. In cruce em̄ licet reluceant oēs v̄tutes: tn̄ p̄cipue charitas ꝛ humilitas. Uos dñi religiosi seq̄mi xp̄m i tribus votis. p̄rimo i obediētia: q2 fact⁹ ē obediens vsq3 ad mortē: mortē aūt crucis. Scdo i castitate seu virgitate. i pede crucis xp̄i n̄ erāt viles meretrices: s̄ btissim a v̄go maria que fuit virgo aū ptū: v̄go i ptu: ꝛ v̄go post ptū. Tertio seq̄mini eū i pauptate. credo ꝙ vidistis suspēdi latrōes: l3 deponātur eis vestes tn̄ dimittit̄ eis camisia. xp̄s fuit nud⁹ suspēsus in cruce: sicut exuit de vtero m̄ris: q̄uis fm̄ Bern̄. btissima virgo ad tollēdū verecūdiam hūanā: posuit ei velū aū locū secretū. nunq̄d fuit paup i natiuitate: s̄ paupior fuit q̄n suspensus fuit i cruce. ꝛ vos mundani portatis cathenas aureas ꝛ alias supfluas vanitates ꝛc. Uolo dicere dimittatis peccata vr̄a: ɔtēplamini passionē xp̄i: ꝛ venieṫ ad hereditatem supnam.

¶ Sabbato dn̄ice p̄me xl. Ser. xviij.



Ascēde ad me in montē: ꝛ esto ibi. Dn̄m elegisti hodie vt sit tibi de⁹: et ābules in vijs ei⁹ ꝛ custodias cerimonias illi⁹ ꝛ mādata atq3 iudicia: ꝛ obedias ei⁹ imperio. Deute. xxvi. Dn̄i ꝛ aīe deuote si retinuistis doctrinā heri tactā ōbeṫ aīari ad laborādū p salute aīa2 vr̄a2. Ezechiel dicebat ꝙ si q̄s dimitteret pctm̄ ꝙ dn̄s pceret ei: et p oppositū q̄ nō dimitteret dānaret̄ finalit̄ bono iure. Iō eccl'ia ꝑponit hodie statū filio2 israel ꝛ mala ad q̄ se submiserūt. Et iō orauit Moyses ad dn̄3 dicēs. tu scis dn̄e ꝛc. dn̄i filij israel erāt i deserto ad eūdū i terra3 ꝑmissionis ꝛ erat multitudo copiosa: ꝛ pauci intrauerṫ. Et dixit ill' moyses. Filij mē02 amini q̄ dixi vobis i mōte synai q̄n dedi vobis legē: vbi dixistis mihi. Loq̄re tu nobis: et nō loq̄tur dn̄s ne moriamur. ꝛ ꝑmisistis adiplere p̄cepta ei⁹: vt venire posseṫ ad t̄ra3 ꝑmissiōis: ꝛ iuramēto firmastis. O pctōres xp̄iani si ppl's iūdeo2 q̄ nō expectāt nisi terrā ꝑmissiōis: ꝑmiserunt seruare legē dei: a fortiori nos debem⁹ cū nobis ꝑmittat̄ r̄gnū celo2. ¶ Leuate corda vr̄a: nunq̄d ꝑmisistis fidē deo i baptismo: ac ei⁹ seruare mandata renūciare diabolo ꝛ pompis ei⁹: salte hoc fecerūt patrin⁹ ꝛ matrina p vobis. Alexā. d̄ hal lis. iij. pte sūme exponit q̄d ē renūciare diabolo ꝛ pōpis ei⁹. Et dicit ꝙ ē renūciare pctō sub pena dānatiōis eterne. Certe o3 seruare legē ꝛ articulos fidei vel dānari. hoc. di. paulus Hebr. iiij. Timeam⁹ frēs ne forte relicta pollicitatiōe existimet̄ aliq̄s ex vobis deesse ꝛc. Nō em̄ ē bn̄placitū dn̄o in vijs eo2. Caue te vobis dn̄i ne veniat sup capita vr̄a sicut filijs israel: q2 de oīb⁹ illis q̄ igressi sūt desertū solū duo intrauerṫ terrā ꝑmissiōis. Cauete ne fides quā in baptismo ꝑmisistis frustra sit. Uolo dicere dimittatiṡ lutū pctō2 recurrētes ad dei genitricē dicēdo. Aue.

¶ Ascende ad me in mōtē ꝛc. More cōsueto mouet̄ q̄ theologal' a magr̄is no. theol'. fundata i euāgelio hoð. vbi d̄r ꝙ xp̄s duxit tres discipulos in mōtē excelsū ꝛ oñdit eis gl'iam corpis sui: ꝛ p̄serti a Scoto disti. iiij. quarti. Utr̄. s. hō i p̄nti vita possit cōseq̄ btitudinē. Et dicit ꝙ i vita p̄nti de potētia ordinata nō pōt haberi btitudo: sed illa repugnātia nō ꝑuenit ex pte ip̄i⁹ aīe: q2 ip̄a ē ita capax sicut i patria. nō ꝑuenit ēt pp mortalitatē: q2 xp̄s q̄uis mortalis ab instāti cōceptionis fuit vere btūs. s̄ difficultas ꝑuenit ex effectu btitudis: q2 effect⁹ btitudis ē tollere oīs repugnātias. tn̄ de potētia absoluta pōt q̄s i p̄nti statu cōseq̄ btitudinē. Leuate corda: quid dicūt sp̄ōs vr̄i dn̄i: velletis inuenire largā viā vt possetis saluari: arcta ē via que ducit ad patriā. vigilare vos op3 ꝛ custodire p̄cepta. habeṫ ad hoc legē ciuilē. ff. cōmodati vel cōducti. lex incipit. In reb⁹ accōmodatis res alteri accōmodata si pereat tenet̄ ɔmodatari⁹ nedū de dolo s̄ de culpa: nedum leui s̄ etiā leuissima. Idē h̄r ex̄ d̄ ɔmodato. ca. cū gr̄a. in antiq̄s. Casus ē patens. q̄dā burgē. vult ire ad nuptias: oēs portant cathenas ꝛ ip̄a nō h3: venit ad cōmatrē suam dicēs. cōmater mea cōcedatis mi cathenā vr̄am ego p̄cor. dicit alia. libēter ɔcedam vobis: s̄ cauete ne pdatis: q2 marit⁹ me⁹ nō daret mihi aliā. tūc ista burgē. vadit ad nuptias: ꝛ in vespere ponit cathena3 infra archam suā ꝛ non claudit eā: fur venit ꝛ capit eam an mulier debeat soluere cathenā: Dic imperator per maiestatē nostrā decernim⁹

q restituat. Quid erit de vobis dñi qñ eritis ante iudicē: qñ dicet vobis. Redde rōnē vili cationis tue. Quis pstitit vobis corp⁹ ⁊ aīaʒ nunqd de⁹: ⁊ quare hoc: vtinā ppter vtilitatem suā: dico q nō: sed vt seruiam⁹ ei. Audi te Pau. Ro. vi. Sicut exhibuistis mēbra ve stra seruire immūdicie ⁊ iniqtati: ad iniqta tē: ita nunc exhibete mēbra vr̄a seruire iusti cie in scificationē. O domicelle qs dedit vo bis oculos: nunqd deus: vtrū ad aspiciendū vr̄os amatores: nō. Quis dedit vobis corp⁹ nunqd de⁹: vtrū ad dedicandū diabolo: cer te nō. Uolo dicere illud Prouer. iiij. Omni cu stodia sua cor tuū: q: ex illo vita pcedit. Su adeo igr̄ vobis vt defect⁹ corrigatis ⁊ penite at vos offendisse deū: ⁊ relinquatis vallē mi serie ⁊ ascē. ad mōtem gr̄e. iuxta ver. thema tis passumpti. Ascēde ad me ⁊c.

¶ In isto sermone erunt due ptes.
Prima erit sacri euāgelij expositiua.
Scda erit vtuose ascēsiōis demōstratiua.
¶ Primo euāgeliū bm vsū romanū ē idē ho die ⁊ cras. ⁊ ptinet tria mysteria.
Primū añs trāsfigurationē.
Scdm cōcomitās trāsfigurationē.
Tertiū sequēs trāsfigurationē.
¶ Dñi ⁊ aīe deuote rogate xpm vt ducat vos in mōteʒ thabor: sicut hodie assumpsit tres discipulos. Math. xvij. Pe. Joh. ⁊ Jaco. ⁊ ce pit orare. Lu. ix. Et trāsfigurat⁹ ē ante eos. albus sicut nix. Dñi retineatis hoc verbū sin gulare: xp̄s assūpsit tres solū discipulos: ad ondendū q plures sūt dānādi q̄ saluādi. et ascendit in mōtē thabor ⁊ trāsfigurat⁹ ē an te eos. Si qs caperet tunicā meā nigrā: da ret albam ⁊ similē vultū: ego eēm trāsfigu rat⁹. i. i aliā spēm mutat⁹. Magr̄ frācisc⁹ d chymenis doctor patriarcha hierosolymita nus describit psonā xp̄i. si vidistis ymaginē que ē i capella sctā parisi⁹ in ostio: xp̄us erat talis lōgitudinis quo ad corp⁹. Ambulabat sp sine caputio: capite discoopto: hēbat pil los lōgos vsq ad hūeros demissos ad mo dū nazareoꝝ: sup quoꝝ capita ferrū ascēde re nō debebat. Hr̄ de sansone Judicum. xiij. Habebat barbā coloris castaneaꝝ lōgā vsq ad pect⁹. ⁊ Landulph⁹ addit q xp̄s nunq̄ risit: sed sepe fleuit. in resuscitatiōe Lazari: ⁊ in passione. habebat faciē pallidā sicut peni tentes: habebat pmixtā rubeo in medio fa ciei. Et dicit ille d chymenis: q habebat tu nicā coloris cinerū q̄ erat rotūda tā in supe riori q̄ in inferiori parte: ⁊ in manicis factaʒ cū acu: ⁊ erat brodata i pte inferiori in fim brijs bʒ modū iudeoꝝ: quā btissima vgo ma ria suis pprijs manib⁹ texuerat: q crescebat ipso crescēte: nec veterascebat. ⁊ sub illa tuni ca habebat vnā breuē tunicā per vnū annuʒ añ passionē suā. Trāsfigurat⁹ ē ante discipu los ⁊ posuit se genibus flexis: ⁊ facies ei⁹ re splendēs plusq̄ sol: vt dicit Mat. ⁊ Pe. ⁊ tā ta visione stupefact⁹ cuʒ nesciret qd deberet dicere: dixit. dñe bonū est nos hic eē. Leua te corda: si vultis ascendere ⁊ videre xpʒ trāsfiguratū: opʒ capere tres discipulos ⁊ ascen dere in mōtē. Criso. dicit ⁊ btūs Tho. iii. iij. pte. q. xlv. dicit q hoc fecit ad ostēdendū di uinitatē. Prio assūpsit petrū pp dignitatis preeminētiā: q: debebat eē pontifex. Secun do Jac. assumpsit pp pmū martyriū: quia in ter aplos prim⁹ passus ē martyrium. Tertio Joh. ppter vginitatē nobilitatē: q: vgo erat.
¶ Circa antecedētia trāsfigurationem tria sūt. tres apli sumūtur. scdo orō pmittitur. ⁊ tertio in mōtem ascēdit. Tres apli sūt tria vota religionis: q̄ cū tu emiseris ne moreris deo reddere. Ideo ps. Redde altissimo vota tua. Dñi religiosi opʒ seruare tria vota vl dā nari cū diabolis. Quid ē vouere paupptatē ⁊ thesaurizare: vel saltē hr̄e volūtatē habendi pecunias: Que castitas nō habere vxores ⁊ habere cōcubinā ⁊ meretrices: ad oēs dia bolos talis castitas. Et vos dñi religiosi di citis q nō sūt nisi qdā cerymonie. vos secu lares audite me. Petr⁹ interpretat cognitō. Jaco. supplātans. ⁊ Joh. cōtinētia. Opʒ co gnoscere peccatū primo ⁊ supplātare diabo lū ⁊ seruare castitatē matrimonialē. Domi ni ecclīastici vultis ascēdere i mōtē btitudi nis eterne: oʒ q habeatis istos tres discipu los. Primo petrū. i. cognitionē ⁊ sciam. vos ministratis sacra ⁊ nescitis rn̄dere ad mini mā qōnē q̄ fieret de formis sacroꝝ. Prime ad Coꝛ. xiiij. Si qs ignorat ignorabit. ⁊ in canone di. xxxviij. c. Ignorātia mater cūcto rū erroꝝ maxime ē sacerdotib⁹ vitāda: qui docendi officiū in populo dei susceperūt ⁊c. Quid dicitis vos presbyteri: ponitis vos ad audiēdū cōfessiones ⁊ nesciretis rn̄dere vni casui tāgenti psciam. veniet vnus vsurar⁹

aut symoniacus qd dicetis: Cecus em̄ ceco viam pbēs: ambo in foueā cadūt: vt dr̄ Mathei. xv. Scdo debetis habere Jacobū. i. resistentiā. vos habetis beneficiū ꝛ dicitis ꝙ ē ad nutriēdū vos. verū dicitis: ſꝫ vos nutrictis meretrices. male studuistis capl'ꝫ. Nulli ex de rebus eccl'ie non alienandis. vos debetis defendere bona eccl'ie ꝛ diuidere in tres. ptes. Una pars dꝫ eē ministrātiū. Scda dbꝫ esse pauperib⁹. Et tertia p edificijs ecclesie. et vos exponitis qualiter de⁹ scit. Vos seculares oretis deū vt dignet eccl'iam spōsaꝫ suā preseruare. Tertio opꝫ habere Johānē. Vos dñi psbyteri: diaconi: ꝛ subdiaconi: oēs vouistis in eccl'ia occidētali votū solēne: vt habetur extra de voto ꝛ voti redēptione ca. qō votū li. vi. Jdeo si velitis saluari opꝫ vos eē castos. Dñi curati hētis in parrochijs vr̄is m̄ltos cōcubinarios: ipi sūt excōicati: ꝛ vos ministratis eis corpus xp̄i. O diabolicos viros melius esset ponere vos in latrinā infectaꝫ ꝗ̄ in latrinā diaboli. Apl's dicit. Coꝛ. vi. ꝙ fornicatores ꝛ ipudici eternaliter dānabuntur. Orate ergo cū xp̄o vt i morte dignet vos iuuare ꝛ cōducere in hac valle pcti ꝛ deducere ad mōteꝫ grē. Juxta verba the. passum, Ascende ad me ꝛc.

¶ Quantū ad secūdaꝫ partē loqmini mihi dñi: vultis transfigurari: oꝫ ascendere i mōtem nō passibus corporis: sicut dicit Augu. sed affectib⁹ mētis opꝫ stare in secūda mānsione q̄ est diuine legis obseruātia. Hodie ē dies sabbati. per totaꝫ istā ebdomadā dixim⁹: ꝙ precepta diuina sunt obseruanda itegraliter: fiducialiter: reuerenter: veraciter: intētionaliter. Opꝫ nūc dicere ꝙ precepta diuina sunt obseruāda perseuerāter. Et de hoc habemus auctoritatē ꝛ rōnem ꝛ figurā. De primo Math. x. Qui perseuerauerit vsqꝫ in finē salu⁹ erit. ꝛ Apo. ij. Esto fidelis vsqꝫ ad mortē: ꝛ dabo tibi coronā vite. ꝛ Jsido. hispalēn. dicit. Salus bene agētib⁹ pmittit: sed perseuerātib⁹ corona glie confert. Et ideo lꝫ bonū sit incipere: meli⁹ est cōtinuare: ſꝫ optimum pseuerare. Bernar. i epl'is dicit. Neqꝫ meritū neqꝫ mercedē: neqꝫ bonā retributionem: neqꝫ futurā gloriā quis promeret nisi i perseuerantia. Et Gregorius in homelijs. cauda bestie i sacrificio offerebat. in cauda perfectio operis. in capite initiū: et oia vult de⁹ sibi offerri. Ad h̄ hēm⁹ figurā Gen. xxxvij. Jacob qui fecit tunicam talarē filio suo Joseph. i. vsqꝫ ad plātam pedis: qꝛ eū valde diligebat. Pater Jacob est de⁹ pater ſm Greg. qui habuit multos filios. plāta pedis ē perseuerantia in opere. Vos dñi venitis ad ecclesiam: vos primo debetis habere intētionem rectā: vt faciatis ob reuerentiaꝫ dei et non ad videndū amasias vr̄as. Etiā vos p̄dicatores debetis predicare nō propter questam adulterantes verbum dei: nec pp laudem populi: nec ppter beneficia: qꝛ alit' melius esset flere ꝗ̄ pdicare. Sed dicetis: pat' nos sumus satis boni: si post pascha possemus habere licentiā faciendi bonū vultum nos essem⁹ cōtēti de deo. Certe opꝫ irremediabiliter pseuerare vel dānari. Arist. ij. Ethi. dicit: oportet ꝙ operans operet sciens ex electione propter finē debitū: ꝛ ꝙ operet constanter ꝛ perseuerāter. Utinā vos mulieres que habetis caudas: sil'es estis caudis bestiaruꝫ in operationib⁹ vr̄is. Vos adulteri dimisistis adhuc luxurias vestras: ꝛ vos cōcubinarij concubinas: Audite Paulum a dextris ꝛ Petruꝫ a sinistris duos testes validissimos. Dic petre loquere isti ciuitati. ij. Pe. ij. Sunt sicut canes reuersi ad vomitū. Dic et tu Pau. illud qd scripsisti ad Gal. iij. O insensati galathe quis vos fascinauit nō obedire veritati: añ quoꝝ oculos iesus xp̄s proscriptus ē: ꝛ in vobis crucifixus. Domi testor vos habetis multos quotidie sermões sunt multe ciuitates in mūdo si habuissent decimā partē predicationū fecissent multo plura bona: ꝛ emēdassent peccata sua plus ꝗ̄ vos fecistis. vos estis vt dicit Petr⁹: sicut canis qui est bestia immūda: qui ꝗ̄primꝫ eiecit escam de stomacho: iterū redit ad vomitum. Volo dicere ꝙ emendetis vitas vestras. seruetis precepta: dimittatis peccata et sic ascendetis ad monteꝫ glorie. Quā nobis concedat Amen.

¶ Dominica secūda. xl. Sermo. xix.



Scende ad me in montē: ꝛ esto ibi. Hec voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione: et

non solū a fornicatōe:s; etiā ab oi pctō luxurie:vt sciat vnusqsq3 vas suū possidere i sanctificatione et honore. Prime ad thessa.iiij. Dñi ꝛ aie deuote: si retinuistis doctrinā3 hesternā debetis aiari ad seruiedū creatori.dixi ꝙ elegim⁹ dñm deū creatorē vt seruiam⁹ ei ꝛ ei⁹ pcepta custodiam⁹. Sz qd ē qꝺ debem⁹ suare:? Rñdet pau.dicēs. Hortamur vos id ē reqrim⁹ ꝛ rogam⁹:vt ob reuerētiā sacri baptismatis qꝺ sumpsistis:ꝛ ob reuerētia3 passionis iesu xpi seruetis fidē qua3 pmisistis:ꝛ pcepta q̄ de⁹ pcepit:q2 volūtas dei est sanctificatio vr̄a. Sctificari vero i sacra scriptura tripl'r accipitur. vno mō tm̄ valet sic a peccato purgari. pme ad Cor.iij. Tēplum dei sctm̄ ē:qꝺ estis vos. Scḋo tm̄ valet sicut virtutibus abūdare. Apoc.vlti. Sctūs sanctificet adhuc. Oi tpe debem⁹ deū requirere singulariter in hoc tēpe. sicut dñica pterita dicebat eccl'ia. Ecce nūc tp̄s acceptabile ꝛc. Tertio idē ē ꝙ gl'ia paradisi saluari. vñ ps. Exultabūt sancti in gl'ia. ꝛ istā sanctificatōnē debem⁹ oēs optare. Leuit.xix. Estote scti q2 ego sanct⁹ sū.ꝛ.i. Pe.iij. Petrus q̄ hodie fuit in trāsfiguratiōe dñi nr̄i iesu xpi hortatur nos oēs vt laborem⁹ sctificari ſm lege3. Dicit em̄ Aug.li.soliloqoꝝ. Impossibile est: ꝙ quis in delicijs affluat ꝛ ad delicias trāseat:vt hic et i futuro gaudeat:vt hic ipleat ventrē ꝛ superi⁹ mētē. Uolo dicere ꝙ si al's offendistis deū:laboretis cōplacere saluatori p intercessionē sue matris cui more ↄsueto dicetis. Aue maria.

¶ Ascende ad me in montē ꝛc. More ↄsueto mouet qō theo.a magr̄is nr̄is theologis fundata in euāgelio hodier. vbi hr̄ ꝙ xp̄us duxit tres discipulos in mōtem ꝛ trāsfiguratus ē corā eis. Utꝝ ex puris naturalibus hō possit btificari:? Scotus dist.xl.qr̄ti dicit ꝙ hoc pōt intelligi dupl'r. Ex parte potentie passiue:ꝛ sic dico ꝙ aia est capax btitudinis Alio mō per potētiā actiuā ꝛ actiue concurrere. Et sic nō pōt natural'r eam attigere:cū beatitudo cōsistat in clara visione diuinitatis quā nō pōt aia attingere:cū aia nō cōtineat diuinā essentiā formal'r aut eminēter et p ↄn̄s nō ē possibile ꝙ aia ex puris naturalib⁹ possit btif[illegible]ri. Leuate corda vr̄a. tietis dānari vos m[illegible]eres:? nunqd studetis in theologia:? vtinā essetis boni theo logi ꝛ bn̄ diligeretis deū. Uos scitis ꝙ qn̄ aliqs accōmodat aliquid dz reddere. Sz dicūt mūdani. nos habem⁹ mūdum q̄ militat aduersus nos:ꝛ iuuētutē q̄ est difficilis ad trāseūdu3 et iuuenes mulieres dicūt ꝙ op3 cōplacere maritis. ꝛ dñi de curia dicūt ꝙ op3 tēporisare ꝛ dissimulare. tp̄s nō ē sicut solebat: s; qn̄ veniet senectus pr̄ nos faciem⁹ bonā ꝛ grossam pniam. Bene dicitis:s; nō totū. Habet3 legē ciuilē. C. de rebus creditis ꝛ iureiur. et incipit lex. Si qs. absurdū ē ꝙ qs redire cogatur ad id qꝺ semel renunciatū est. Casus legis ē de quodā q̄ fuit incarcerat⁹ pp aliqꝺ crimē: ꝛ factis informatiōib⁹ cū diligēti inquisitiōe renūciauit liti. postmodū vo data snīa voluit redire ad ius cui pri⁹ renūciauerat. Dicit impator. p maiestatē meā hoc nō dz fieri. Ad idē est decretalis extra de puilegijs ꝛ excessib⁹ puilegiatoꝝ.c. Accedētibus. Si vni puilegiū fuit cōcessū:ꝛ si post priuilegiū actū fuerit cōtrariū: priuilegio carebit. Casus ē talis. qdā monachi querebāt decimas a tēplarijs q̄s possederāt longo tēpe ēt postq̄3 a tēplarios fuerūt deuolute. dicit papa ꝙ si ita ē ꝙ abbas ꝛ monachi pbarēt: ꝙ tēplarij de terris pdictis per.xl. annos. cōtinue soluerūt decimas:.ꝙ cōpellerēt eos ad soluēdū:q2 tacite vident puilegio renūciasse. Casus ē patēs. Uos estis oēs boni frācigene. postq̄3 vnus miles cōmisit crimē lese maiestatis. Rex diligit eū ꝛ mittit sibi vnū de seruitoribus suis ꝛ dicit sibi ꝙ q̄rat mia3 et dabit sibi absolutionē. Ipe aūt dic famulo regis:ego non q̄ro nisi iusticiā. Iterū mittit rex. Ipse sp querit iusticiā. Tādē capit ꝛ ponit in carcerib⁹. confitet crimē. snīat ad mortē. mittit ad regē vt habeat gratiā. Dic imperator q2 semel spreuit gr̄a3 ꝙ nūq̄3 habebit ꝛ suo priuilegio priuabit. Ideo audite durū verbū Pau.ad Roma.ij. Scḋm duriciam cordis thesaurizas tibi irā i die ire ꝛ reuelatōis iusti iudicij dei. Utinā deus nō faciat nobis sic. A principio quadragesime deus vocauit nos dicēs. Conuertimi ad me i toto corde vr̄o ꝛc.q.d. querite absolutionem ꝛ oīm pctoꝝ remissionē. s; cum venerit hora mortis dicetis. dñe da mihi gr̄am. qn̄ diabolus tenebit vos difficillimū erit impetrare. Uolo dicere o pctōres: postq̄3 rex nos vocat et postq̄3 est paratus dimittere offensas ne

ſcimus ſi videbimus quadrageſimā futurā dimittamꝰ peccata ⁊ vallē miſerie ⁊ aſcen-damꝰad mōtē gr̄e.xix. verba thema. paſſū-pti. Aſcende ad me in ⁊c.

¶ In iſto ſermone erūt due ꝑtes.
Pria erit ſacri euāgelij expoſitiua.
Scōa virtuoſe aſcēſiōis declaratiua.

¶ Quantū ad primū euangeliū hodiernuꝫ continet tria myſteria. Prio ꝑcedentia trāſ figuratiōnē. Scōo cōcomitātia. Tertio ſub ſequētia. Vidimus heri pmū myſteriū quō xp̄s aſcendit in mōtē ⁊ aſſumpſit tres diſci pulos. Dixi quid ē trāſfigurare et ꝙ nō eſt niſi in alia figura apparere: q: prius xp̄s fu it dulcis gratioſus: ſ; habuit vultum penitē tis: ⁊ apparuit facies eius ſicut ſol ⁊ veſtimē ta eius ſicut nix. et apparuerūt cū eo Moy ſes de limbo: ⁊ Helyas de paradiſo terreſtri et loquebātur de his q̄ debebāt fieri in hirl'ꝫ tꝑe paſſiōis. ⁊ dixit Petrus ſtans genibꝰ fle xis. dn̄e bonuꝫ ē nos hic eē: bn̄dicta ſit hora in qua aſcēdi iſtū mōtē. Aug. dicit. More mur hic dn̄e vt te cōtēplemur. Nō memora batur petrꝰ celi nec terre neꝗ alteriꝰ rei: q̄d ſi guſtaſſet vnā guttā illius beatitudis quā nunc habet: O bone mulieres vtinā fuiſſet cum petro. Sed quare voluit trāſfigurari i cōſpectu iſtoꝝ diſcipuloꝝ: dixi heri vnā cau ſam. Alia ē ſm̄ Grego. q: ſpes premij minu it penā vel timorē flagelli. pro eo em̄ ꝙ xp̄s dixerat apl'is ꝙ irent ꝑ totum mundū et ꝙ eſſent ab oībus illuſi: ideo vt eſſent magis animoſi oſ̄dit eis premiū qđ cōſequerētur.

Et ibi facta fuerunt tria.
Primo faciei alteratio.
Scōo veſtimētoꝝ radiatio.
Tertio terrenoꝝ obliuio.

¶ De primo Math. xvij. Reſplēduit facies eius ſicut ſol. De ſecūdo dicit Matheꝰ. ⁊ ve-ſtimenta eius ſicut nix. De tertio. Neſciens petrus quid diceret dixit. bonū ē nos hic eē Iſayas ad hoc dicit. xliiij. Oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcēdit: q̄ preparauit deus diligētibꝰ ſe. ⁊ Ambro. lib. de libero arbitrio. Tanta ē iocūditas lucis eterne: tāta pulchritudo: tāta incōmutabil' veritas ⁊ etiā ſi nō liceret in ea ampliꝰ ma-nere ꝗ̄ vniꝰ diei hora ꝓpter hoc ſolū āni hꝰ vite innumerabiles pleni diuitijs ⁊ circūfluē tia bonoꝝ tꝑaliū merito cōtēnerent. O pec catores habetis appetitū ſaluādi: ſi vixiſſe-mus a principio mūdi vſꝗ nūc vel vſꝗ ad finē mundi: ⁊ habuiſſemꝰ oīs penas q̄ pn̄t cogitari: multoplures adhuc deberemꝰ pati ad habēdū gloriā vniꝰ hore in illa regiōe tā pulchra tāꝗ iocūda. O miſerrimi mūdani cōtēnite gloriā hꝰ mundi q̄ eſt mixta cū mil le miſerijs. Videte exēplū petri qui ſolū vnā guttam beatitudinis corporalis guſtauit ⁊ oblitus ē oīꝫ dicēs. bonū ē nos hic eē. O bo ne ieſu a te ſuſpiramꝰ deuote clamantes vt nos in hoc exilio ⁊ periculo ad portū tue bti tudinis nos deducas. Fuiſtis aliq̄n in ma-ri: aliq̄n naute qui ſūt prope portū ad ſeptē leucas incipiunt iocūdari: ſed repēte ſupue nit periculū ⁊ ſubito tēpeſtas maris abſor-bet eos. Loquebātur helyas ⁊ moyſes xp̄o d̄ exceſſu quē paſſurus erat in hirl'ꝫ. vos vide bitis illuꝫ q̄ ſic cōſolabatur in ſacro altaris per fidē. dicatis ergo ei. Dn̄e deꝰ ſi habuiſſeꝫ tantā gratiā ꝙ potuiſſem te aſpicere in pe-de mōtis in valle: queſiuiſſeꝫ tibi tuā ſctām miam. nūc igiť rogo vt peccata mea deleas et des mihi poteſtatē aſcēdendi in mōtem beatitudinis eterne. ¶ Sed q̄retis fortaſſe vnde veniebat claritas corꝑis xp̄i. Reſpon-det Tho. in. iij. parte. q. xlv. ⁊ de lyra ſuꝑ Ma theū ꝙ claritas illa corporis xp̄i fuit in pa tria. ideo Mat. xiij. d̄r: ꝙ ſancti fulgebūt ſic ſol in regno patris eoꝝ. ¶ Sed q̄rūt adhuc doctores vtrū erit dr̄ia. Dico ꝙ nō erit dr̄ia ꝗ̄tum ad ſpeciē: ſed ſolū ꝗ̄tū ad tp̄s: quia gloria ſaluatoris fuit ad tp̄s: ⁊ gloria btōꝝ erit eterna. et veſtimenta illa non mutaue-runt colorē ſm̄ ſe: ſ; ſicut claritas ſolis radi ans ſuper domuꝫ reddit domū ſplēdidam: ſic claritas corꝑis xp̄i redundabat ſupra ve ſteꝫ. Tertio tangiť terrenoꝝ obliuio. Petrꝰ enim oblitus ē oīa mundana. Ariſto. dicit. vij. ethicoꝝ: ꝙ paſſiones vehementes tollūt memoriā: ⁊ concupiſcentie faciunt obliuiſci gaudiū. Petrus em̄ taliter fuit paſſiōatꝰ ꝙ neſciebat vbi erat. Et iſtā tranſfigurationē debemus ponere in nobis. Quecūꝗ ei fecit chriſtus ad noſtrā inſtructionē operatus ē. Omēs debemus lucere ſicut facies ieſu xp̄i Et vos laici debetis eſſe clari ſicut veſtis ie ſu chriſti mundādo cōſciās vr̄as: exuētes ve terem hoīem et induētes nouas veſtes. hoc autē opꝫ facere ꝑ ſex dies: ⁊ tunc q̄libet trāſ

figurabit de statu pcti ad statū glie. In sex em̄ diebus deꝰ creauit oīa. In prima creauit lumē. Fiat lux. ⁊ facta est lux. In secūda firmamētū. In tertia solē ⁊ lunā. In qrta aues et pisces. In quinta bestias terre. In sexta hoiem. In septima vero die requieuit ab oī opere. Per lumen intelligitur bene agendi conceptio. per firmamētū bn̄ agēdi deliberatio. per terrā celūqꝫ boni operis fructificatio. per lunā boni exempli demōstratio. per aues ⁊ pisces vite actiue ⁊ cōtēplatiue occupatio. p hoiem vite eternalis eleuatio. Primo o peccatores debemꝰ habere bonū lumē cognoscēdo peccatū. Secūdo firmamentuꝫ ad bn̄ agendū nos disponere. Tertio ponere penā ad non reuertendū ad peccatum. Quarto dare bonū exemplū. Quito laborare in vita actiua vel cōtemplatiua. Sexto eleuare mentem ad celestia. Et sic ascendemꝰ ad nomen gratie. Iuxta verba thematis preassumpti. Ascende ad me in montem ⁊ esto ibi. ⁊c.

¶ Quantū ad secūdā partē posuimꝰ sex mā siones in deserto presentis vite: oportet stare in qualibet. diximus de duabus primis mansionibus. Est autē tertia māsio cōmissoruꝫ omniū debita emendatio. credo ꝙ Iudith habuit de hac noticiā. Iudith. viij. Corripimur tanqꝫ filij ad emēdationē nō ad ꝑditionē. Dn̄i si fecistis malū opꝫ emēdare vitam. Ad emendandum autem vitam tria debent nos inducere.

Primuꝫ est mandantis auctoritas.
Secunduꝫ impenitentis periculositas.
Tertiuꝫ emendantis fructuositas.

¶ De primo. Leuiti. iiij. Aia que delictū suuꝫ intellexit agat pniam de pctō. ⁊ Mat. iij. Penitentiā agite appropinquabit enim regnum celoꝝ. De secūdo ps. Nisi cōuersi fueritis gladiū suū vibrauit: arcū suū tetendit ⁊ parauit illū. Luce. xiij. Nisi pniam egeritis omnes simul peribitis. De tertio Hie. xviij. Si penitentiam egerit gens illa: agam et ego pniaꝫ ⁊c. ⁊ Act. iij. Penitemī ⁊ ꝯuertemī vt deleantur pctā vestra. peccastis mortaliter dn̄i post baptismū. ⁊ si nō peccaueritis nisi de lingua: sufficit ad dānationē. peccatum lingue habet. xviij. species. nescio quō confitemini. Habetis vos burgenses dn̄m iacobū qui portat vobis horas vestras ad ecclesiā. Queratis sibi hodie que sunt spēs pcti lingue. si vultis saluari domicelle oportet stare ī ista māsiōe ꝑ istos octo dies: ⁊ ingere misericordiā. Primus sermo quē vnqꝫ fecit xp̄s fuit de pnia. Et similiter iohānes baptista. ⁊ similiter Ionas in ciuitate niniue. hoc precepit xp̄s. ⁊ impenitētes sunt in magno periculo: ⁊ emēdātes vitā suā cōsequūtur mirabilē fructū. Beatꝰ petrus ī die penthecostes post receptionē spūsctī existētibꝰ tribus milibꝰ ꝑsonaꝝ ⁊ etiā illis q̄ fuerant in causa mortis xp̄i dixit petrus. Fratres mei in xp̄o vos cōdēnastis xp̄ꝫ ad mortem: sed conuertimini ⁊ dabit vobis misericordiā. Et tūc oēs se ꝓstrauerūt ad terram. ⁊ beatꝰ petrus eos baptisauit: ⁊ ab oībꝰ eorum peccatis absoluti. ¶ O pauperes peccatores nunquid xp̄s est nūc ita pius sicut fuit vnqꝫ. Uolo dicere ꝙ cōuertimini ad dominū qꝛ paratꝰ est vos suscipere. Loquor vobis ecclesiasticis prio: qꝛ estis honorabiliores ⁊ cōsequēter oī statui nobilibꝰ ⁊ etiā simplicibꝰ. cōuerti oēs: aliter ego vos cōmēdabo oībꝰ diabolis. ¶ Dicā vobis dn̄i quā pniaꝫ facietis ⁊ vt in meliꝰ credatis adducā vobis duos testes. Dicat pmo hieremias. Hiere. viij. Nemo quid bonū est loqtur. nullꝰ est q̄ agat penitētiā suꝑ pctō suo dicēs q̄d feci? Conuersi sunt oēs ad cursuꝫ suū q̄si equꝰ in īpetu vadens ad p̄liū. Dic ⁊ tu ysaia. xxviij. Erit eis verbū dn̄i. māda remāda. expecta reexpecta modicū ibi modicū ibi: vt. cōterātur et illaqueātur ⁊ capiātur. ¶ Ad hoc est gregoriꝰ de peni. distin. iij: Pnia est pctōꝝ causas excidere ⁊ eaꝝ suggestionibꝰ aditū nō p̄bere. ⁊ Isido. ibidē. Irrisor est nō penitēs q̄ adhuc agit quod penitet. Ideo doctores super dist. xiiij. q̄rti dicūt ꝙ pnia est virtꝰ ꝑ quā deploramꝰ vitā p̄teriti tēporis ⁊ habemꝰ propositū mediāte gratia dei nō redire vel amplꝰ nō cōmittere. Sūt ne multi parisiꝰ iudicio vestro agētes sic pniaꝫ? Quero vobis dn̄is in parlamēto vtrū emere officia sit penitētia: et ꝓlongare ꝓcessus ꝑꝑ fauores ꝑ sex annos: nō velle audire pauperes sed solum pingues: vtrū sit pnia. Uobis. loquor ecclesiasticis tenentibꝰ meretrices publicas ⁊ celebrātibꝰ quotidie: ⁊ vos domicelle q̄d dicitis? Utrū sit pnia portare lōgas caudas soluere ieiunia: ⁊ dormire vsqꝫ ad meridiē.

Uolo dicere ꝙ veniā postulet a deo ⁊ ipse dabit vobis gratiam ⁊ consequenter gloriam. Amen.

¶Dominica secūda.xl.post prandium Sermo.xx.



Scende ad me in montē ⁊c. Nō enim vocauit nos de⁹ in immūdiciam: sed in sctificationem.i.ad Thessa.iiij. Si retinuistis doctrinā matutinā dn̄i ⁊ aīe deuote opꝫ ꝙ laboretis ad salutē aīaꝝ vestrarum:aliter dānabimini. Paulus dicebat. voluntas dei est.ꝙ sim⁹ scti: ⁊ ꝙ laborem⁹ ꝓ virtute adipiscēda: qꝛ nō sufficit dimittere peccatū:sed opꝫ ꝓficere in virtutib⁹: sed vt nō possim⁹ nos excusare ꝙ de⁹ nō cupit nostrā salutē capio aliud verbū pauli dicentis. deus non vocauit nos in immundiciam sed in sanctificationē. Deus enim vocat nos quinqꝫ modis.
Primo per pulsum.
Secundo per verbum
Tertio.per nuncium.
Quarto per signum.
Quinto per gratie infusionē: ꝑ gratie augmentationē:⁊ glorie adeptionem.
¶De p̄mo. Apoc.iij. Ecce sto ad ostium et pulso:si qs apuerit intrabo ad illū ⁊ cenabo cum illo.De secūdo Paulus ad hebreos xij.Accessistis ad sanguis aspersionem melius loquētem q̄ȝ abel.De tertio.Luce.xiiij. Homo qdam fecit cenā magnaꝫ ⁊ vocauit multos:⁊ misit seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirent:qꝛ parata sunt oīa. De quarto.ysaie.xi. Leuabit signū in natiōes ⁊ cōgregabit ꝓfugos israel.De quīto. Mathei.xi.Uenite ad me oēs q laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiā vos. ¶Leuate corda intelligitis me burgēses?si fueritis dānati nō plāgatis vos de deo.nūquid habetis seruitores? quō vocatis eos qn̄ vultis ꝙ ad vos veniāt.qn̄ sunt somnolenti quid facitis eis.excitat eos ꝑ pulsū?hoc scitote ꝙ nūq̄ȝ magis appetistis excitationeꝫ seruitoris vestri q̄ȝ deus pc̄ōris.Dn̄a domicella qn̄ estis in lecto vestro nunqd somniatis aliqn̄ bene facere, credo ꝙ sic.Dico ꝙ deus vt sic vocat vos ꝑ pulsuꝫ:aliqn̄ ꝑ xbū.nō sicut sanguis abel q qrebat vindictam de fratre.Gen̄.iiij. de penitentia dist.prima. Ecce vox sanguinis fratris tui Abel ⁊c. Uox autem christi est ad misericordiā. Audite peccatores. venit tempus in quo in cruce loquitur vobis dicens. Sitio.querens salutē vestram. Qn̄ iudei dederunt sibi vinum felle mixtum nō cupiebat bibere vinum:sed optabat saluteꝫ animarum nostrarū. Sed loquitur dicens Mathei.xxv.capi. Ite maledicti in ignem eternū ad omēs diabolos. Aliquādo vocat nos christus per nunciuꝫ. Nunquid habuistis grandines?nunquid persecutiones vinearuꝫ? nunqd bella? nunquid defalcationes monetarum?Cauete ne fiat de vobis sicut de porcis qui postq̄ȝ sunt pingues ponitur eis gladius ad guttur. Uos propter diuitias vestras spernitis omēs.cauete ne indignatio domini cadat super capita vestra. Aliquando christus vocat nos per signum: et istud est crux christi: et sanguis saluatoris que vocant nos non ad immūdiciam: ſ ad sanctificationem. Sed ātbiocus[vt habetur primi Machabeorū primo]precepit vt non obseruaretur sabbatū nec festiuitates solēnes.¶Notum sit cūctis ꝙ dimittēs seruitium dei vt veniat ad seruitia ydolorū. Iste anthiocus est diabol⁹.Loquimini mihi:cui plus seruitur vel deo vel diabolo?diabolus vocat vos ad omnes immundicias:⁊ christus ad sanctificationem. habetis lusores ad hasardum et ad ludos prohibitos? Uos domini officiarij nunquid seruatis regnuꝫ propter iusiurandū? estis magis obligati seruire regi q̄ȝ deo?vadatis ad loca publica istius ciuitatis.inuenietis iurantes ꝑ sanguinem dei: per passionem et mortem. Uideatis leges vestras:nūquid habetis legem ciuilem. C.de ferijs quomodo festa sūt honoranda.Dicatis ergo. Domine deus da mihi victoriaꝫ:⁊ sicut mater tua beatissima virgo fuit mediuꝫ:per quod verbum fuit incarnatum: ita est mediatrix per quam q petimus nobis largiuntur. Ut igitur pro nobis intercedat: ad eam recurremus dicendo.Aue maria.

¶Ascende ad me in mōtem ⁊c. More solito mouetur questio theologalis terminata a magistris nostris theologis fundata sup

euangelio hodierno:quod loquitur d' trans-
figuratione xpi. Utrū.s.gloria apparens in
xpi trāsfiguratōe eēt gn̄alis? Rn̄det doctor
subtil' ꝙ hūanitas xpi pt ꝯsiderari s3 q̄dru
plex gen⁹ cause.s.efficientis:materialis:for-
malis ꝛ finalis. Si cōsideret ex pte cāe ma
terialis:dico ꝙ cū illa materia ex q̄ hūani-
tas erat assūpta eēt subiecta morti: illa glo
ria nō erat gn̄alis. Si aūt ꝯsideret ex parte
cause efficiētis:cū illō corp⁹ eēt sanctissimū
et aīa ꝛ hūanitas eēt formata a spūsctō in
mediate gl'a illa erat sibi gn̄alis. S3 si cōsi-
deret q̄tū ad gen⁹ cāe finalis cū hūanitas
eēt assūpta ad redēptionē nature hūane:sic
nō erat gn̄alis. Si aūt ꝯsideret q̄tū ad ge-
nus cāe formalis:cū hūanitas esset vnita di
uinitati ꝛ aīa eēt beata i supiori portōe tūc
erat gn̄alis. Jō dicit scot⁹ ꝙ miraculose fu-
it ꝙ illa gl'ia nō redūdabat in portionē infe-
riorē ꝛ in corp⁹. ¶ Leuate corda v'ra:timete
dānari: vos dn̄i audiuistis vnq̄ originē or-
dinis carthusien̄. Inuenit̄ i hystorijs auten
ticis:ꝙ in ciuitate parisien̄ obijt vir magn⁹
q̄dā ꝛ litterat⁹ bone fame apud hoīes:q̄uis
esset oppositū apud deū: q̄ cū esset mortuus
audita ē vox de corpe suo dicēs. ad diuinu3
iudiciū vocat⁹ sū. Quod verbū oēs eccl'iasti-
cos ꝛ seculares terruit vehemēter:ꝛ disposu
erunt se oēs i spū hūiliato ꝛ aīo cōtrito im-
plorātes sup hoc diuinu3 auxiliū. In crasti
nū vero fun⁹ ad eccl'iam portat̄ ꝛ more eccl'ie
parisien̄.corpe pn̄te vigilie mortuor inchoā
tur. Cū vero a quodā iuuene legeret̄ lectio il
la que sic incipit. Rn̄de mihi:surrexit ille d'
feretro dicēs. Ad iudiciū vocatus sū:ꝛ iterū
magis ac magis territi sūt ecclesiastici ꝛ se
disposuerūt ad celebrādū solēniter illud of-
ficiū. Cū vero iterū cātaret̄ ista lectio.s. Rn̄
de mihi. capite erecto dixit. Iusto dei iudi-
cio cōdēnatus sū. ¶ O pauperes peccatores
si illo spectaculo affuissetis vidissetis treme
re pectora:vociferare voces:ꝛ currere oēs ad
confessionē.ꝛ adhuc tertia vice officiu3 solē
niter celebrauerūt.ꝛ tūc qn̄ incepta fuit illa
lectio. Rn̄de mihi: toto corpore erecto dixit.
Iusto dī iudicio in inferno eternal'r dānat⁹
sū. Et tunc sup hoc hito decreto extulerunt
corp⁹ extra cimiteriū: ꝛ dederūt ei sepulturā
asini. Quidā vero cū q̄busdā scholarib⁹ char-
tusien̄, fundauit religionē territ⁹ ex isto mi-
rabili facto:q̄ religio vsq3 in hodiernū diē sā
cta imaculata perseuerat. O pctōres si pec-
cator secret⁹ ē dānat⁹ tā cōfusibiliter:q̄d d' vo
bis pallardis ꝛ meretricib⁹ histrionib⁹ ꝛ cō-
cubinarijs publicis eccl'iasticis erit dicēdū?
Sed dicetis forte: p' nos faciem⁹ pn̄iam et
xp̄s etiā p nobis sufficiēter satisfecit p pas-
sionē suā. ver dicitis sed nō dicit̄ totū. Uos
habetis legē ciuilē.ff.de officio p̄sidis. Lex
incipit.illicitas. Mors medico iputari nō
d3 si fecit qd' faciendū erat. Idē habetur ex
tra de homicidio casuali et voluntario sicut
dignū.ꝛ extra de reg.iu.li.vi. Imputari nō
d3 ei per quē nō stat si nō facit qd' per eū fu
erat faciendū. Audite me si placet. Nūquid
habetis medicos in ista ciuitate? loquimi-
ni mihi. Casus est patens. Est hic vn⁹ cano-
nicus infirmus vel preposit⁹ aut domicella:
venit honorabilior medicus toti⁹ ville: ꝛ cū
intrat cameram tota camera ē incortinata
et nihil videt:ꝛ capit cādelā ꝛ dicit: bona vi
ta domicella: ꝛ respicit oculos ei⁹ nasum et
vultū ꝛ dicit ei, dn̄a vos estis bene cōsolami
ni:infirmitas vestra nō ē ad mortē.ꝛ dic an
cille.si domīa sua dormiat.ꝛ festināter scri-
bit et facit ei multas p̄hibitiones dicēs. p-
hibeo vobis ne comedatis carnes bouinas
nec comedatis pisces sine scamis vt anguil
las:nō bibatis vinū sine aqua:ꝛ sup oīa nō
loquamini nec capiatis ventū:aliter vos e-
stis mortua. bibatis thisana3 cū liquericia:
et sic ponam vitā meam p v'ra:ꝙ sanabimi
ni:ꝛ sic recedit. Ista vero mulier nō tenet p-
cepta que sibi dedit medicus:ꝛ totū opposi-
tum facit ꝛ comedit oēs escas sibi p̄hibitas
et morit̄:quid iuris dn̄e imperator? Respon
det ille per maiestatē meā mors non debet
imputari medico qui fecit qd' faciendū erat
Luce.v. Non egent qui sani sūt medico: sed
qui male habent. Non eīm veni vocare iustos
sed pctōres ad pn̄ia3. Nunq̄d fuit aliq̄s me
dic⁹ magis sollicit⁹ circa infirmū q̄3 xp̄s circa
aīam n'ram. Medici non capiūt cōiter me
dicinā pullulas nec fleubothomiā ꝛ p alijs
ordinant. Xp̄us vo p̄mo in seipso fleubotho
miā in arbore crucis suscepit qn̄ nō reman-
sit in eo gutta sanguinis:ꝛ dietā qn̄ fuit po-
tat⁹ felle ꝛ aceto. fuerat ei iā p viginti q̄ttuor
horas nō comedēdo vel bibēdo ꝛ certe nihil
p̄cepit qd' ipse pri⁹ non fecerit, Precepit no-

bis ꝙ nō capiamus ventū ſupbie: ipſe prio fuit humiliat⁹. p̄cepit ꝙ nō ſim⁹ auari ipſe fuit pauperrim⁹. ¶ Dn̄i iuſticiarij xp̄s p̄ce-pit ꝙ nihil capiatis de alieno. vos ducitis magnū ſtatū ⁊ etiā vxores vr̄e ipſe habēt ca-thenas ⁊ zonas aureas: ſignū eſt ꝙ habetiſ lucrū in archa ⁊ dānū in ꝯſciētia. Sʒ dice-tis forte: pr̄ officiū eſt paruū ſ; practice ſūt bone. Uos iuuenes pctōres ⁊ etiā pctōres cuiuſcūqʒ officij nūquid dieb⁹ feſtiuis facitꝭ mala eūdo ad locū imundū ⁊ ad ludos. Ui-deatis q̄d habetis in ſtatutis vr̄is. nunq̄d anno milleſimo quadrigēteſimo fuit ꝓhibi-tū ꝙ oēs ludi carthaꝝ: ⁊ ſic de alijs expelle-rent ⁊ ꝯburerēt ⁊ q̄ inuētus eēt ludēdo cō-dēnat⁹ eēt ſoluere q̄draginta ſolidos pariſi-enſes. ⁊ ꝙ oēs meretrices ponerētur extra ciuitatē in aliquo loco. Scōm eñ leges cō-cedēs ei domū priuatur domo ſua. Sāguis xp̄i clamat contra vos dn̄os iuſticiarios: ad quos ſpectat corrigere: ⁊ tn̄ nō corrigitis hu-iuſmodi facinora. Uolo dicere vt vnuſq̄ſqʒ cōuertatꝭ ad dn̄m ⁊ teneam⁹ cōſiliū ipſi⁹: qꝛ bon⁹ ⁊ expꝛtiſſim⁹ medicus eſt. Dimittam⁹ igiꝭ vallē miſerie ⁊ aſcēdam⁹ ad montē gr̄e. Iuxta verba the. preaſſū. Aſcēde ad me ⁊c.

¶ In iſto ſermone erūt due partes
Prima erit ſacri euāgelij expoſitiua.
Scd̄a virtuoſe aſcēſiōis demōſtratiua.

¶ Quātū ad primā partē. Dixim⁹ in duob⁹ precedētib⁹ ſermonib⁹ de p̄cedētib⁹ ⁊ cōco-mitātib⁹ tranſfiguratōeʒ. Reſtat videre de ſequētibus. ¶ Dn̄i mei optimū eſt laborare ad eūdū ad paradiſuʒ. Quid fuiſſet ſi Petr⁹ habuiſſet vnā partē illi⁹ glorie quā nūc hʒ: cū ſolū habuit vnā ſcintillā de torrēte volu-ptatꝭ: ⁊ tn̄ neſciebat vbi erat. Sequētia trāſ-figurationē fuerunt tria.

Primo ſctōꝝ ꝯmunicatio ſiue aſſociatio,
Scd̄o trinitatis manifeſtatio.
Tertio meriti beatificati declaratio.

¶ De primo. Ecce apparuerūt Moyſes ⁊ he-lyas in ſignū ꝙ bti erim⁹ cū ſanctis. Scd̄o facta eſt vox de nube: Hic eſt filius meus. i. Iohā. iij. Cū apparuerit ſimiles ei erimus qn̄ videbim⁹ eū ſicuti eſt. De tertio. Circui-bāt p caſtella euāgelizantes ⁊ curātes vbi-qʒ. Luce. ix. Hodie ſunt mille q̄dringēti no-nagintaocto ānni ꝙ moyſes et helyas loq̄-bantꝭ cum xp̄o in monte thabor: ⁊ ſignificāt ad lr̄am ꝙ iudei dicebāt: ꝙ xp̄s blaſphema-bat legē dei. Sed ad confutandū iudeos ⁊ ad ꝓbandū legē xp̄i moyſes apparuit cū eo loquēs quaſi legē ei⁹ approbādo. Inſup di-cebant iudei: ꝙ xp̄s deſtruebat prophetias. Ideo ad illud ꝯfutādū Helyas apparuit et locut⁹ eſt cū xp̄o ad reprobādū ei⁹ p̄dicati-onē ſumptā ex ꝓphetijs. Petr⁹ cognouerat Helyā donec ſpūs ſctūs apparuit in nube: ad denotādū ꝙ ſpūs ſctūs illuminat oēm hoīem per gratiā. Filius vero apparuit in carne ad denotādū ꝙ videbim⁹ diuinitatē ⁊ humanitatē qn̄ aſcēdemus p dei gratiā in mōtē glorie. vnde Grego. Quid eſt q̄d nō videt qui videtē oīa videt. Sicut videns ſpeculū videt ſpeculū ⁊ oīa repn̄tata in ſpe-culo niſi deus velit aliq̄d celare. Iſti ergo ꝓ-phete loq̄bantꝭ cū ieſu. Sed de quo loq̄ban-tur: loquimini mihi dn̄e domicelle: d̄ quo lo-q̄mini ad inuicē qn̄ eſtis ſeparate? Et vos turpes ⁊ viles mulieres de quo loquimī cū amatorib⁹ veſtris qn̄ loquimī ad aurē ⁊ ca-pitis camerā in inferno. nō erat talis locu-tio in trāſfiguratōe xp̄i ⁊ ꝓphetaꝝ: ſed loq̄-bantur de triplici exceſſu: ſcʒ

Amoris.
Doloris.
Et dedecoris.

¶ De prio. Ioh. xv. Maiorē charitatē nemo hʒ ⁊c. De ſcd̄o. Tren. i. O vos oēs ⁊c. De ter-tio. p̄s. Afflict⁹ ſū ⁊ humiliat⁹ ſum nimis. Nunq̄d fuit magn⁹ exceſſus in xp̄o qn̄ non ſolū ꝓ amicis: ſed etiā ꝓ inimicis mortuus eſt. Nūquid magn⁹ exceſſus fuit in eo dolo-ris qn̄ nō remāſit lingua illeſa qn̄ dederūt ei bibere fel ⁊ acetū. Nunq̄d exceſſus dede-coris fuit magn⁹ cū eo qn̄ illa facies tā p̄cio-ſa fuit tā inhumaniter tractata ⁊ ꝓpꝭ ſpu-ta ⁊ vulnera facies ei⁹ apparuit ſicut facies leproſi. ⁊ fuit ſuſpēſus ī loco ignominioſo ⁊ morte obprobrioſiſſima: ſcʒ crucis inter du-os latrōes: ſicut princeps latronū. Hoc dice-bāt ſctiſſimi ꝓphete corā eo genib⁹ flexis aſ-ſiſtētes: ⁊ faciē xp̄i p̄cioſiſſimā ītuētes. Prio eñ dicebat Helyas. Ego ſcripſi de vobis: ꝙ eſſetis turpiſſima morte ꝯdēnat⁹. Propter vos ego feci occidi ꝓphetas. Et ſilr̄ dicebat Moyſes. ¶ Dicit hic Bon̄. i arbore vite. Dn̄e ieſu xp̄e ꝯcede mihi aliquā guttulā tue gr̄e quā hodie habuerūt ſancti prophete quare

nō merui his sacratissimis interesse miste-
rijs.¶Uos etiā dñi q̄ nō īterfuistꝭ ī trāsfigu
ratōe xp̄i:s mō libēter auditꝭ d̄ ea loq̄vt det
vobis gr̄az illā cogitādi ⁊ ad illā p̄ueniēdi.
dimittatis vallē miserie ⁊ ascēdatꝭ ad mōtē
gr̄e. Iuxta verba the.preassum. Ascēde ⁊c.
¶Quantū ad scd̄az ptez. Oportet laborare
vt ascēdamus ad terrā p̄missiōis:⁊ oz stare
in tertia māsione ad trāseundū desertū pre
sentis mūdi.Est aūt tertia māsio pctōꝝ cō-
missoꝝ p̄ penitētiaz vera emēdatio.Diximꝰ
heri:ꝙ tria sūt q̄ nos īducūt ad verā penitē
tiā. Pro nūc est aduertenduz ꝙ pnīa capit
dupl'r.Uno mō p̄ virtute:scz p̄ iusticia pu-
nitiua actu aut habitu.Scd̄o capit p̄ sacra
mēto.Nos loq̄mur hic de pnīa p̄mo modo
⁊ scd̄o mō:q2 q̄libet est necessaria nō obstāte
ꝙ nō ꝯfiteamur. Scotꝰ i.iiij.dist.xiiij.dicit
ꝙ pnīa de rigore verbi est tenere penā.i.pe-
nalitates volūtarie assūptas.De qua Iob,
xlij.dicebat.Ago penitētiā in fauilla ⁊ cine
re.⁊ Ezechiel.xviij.Cōuertimini ⁊ agite pniaz.
⁊ Leuitici.v.aīa q̄ pctm̄ fecerit aget pniaz.
¶Est aūt aduertēdū ꝙ sicut in domo regis
sunt tres ꝯditōes delinquētiū.Quidā sunt
seruitores p̄ditores ⁊ illi debēt suspēdi ī pa
tibulo.Alij sūt rebelles:⁊ illi debēt incarce-
rari.Filiꝰ si offendat patrē dz virgis suffra-
gari.Sil'r iusticia dei habz triplicē carcerē.
Primꝰ carcer ē pro p̄ditoribꝰ dānatis.⁊ iste
est carcer inferni.Iō dicūt paupes pctōres.
p̄s.Dñe ne in furore tuo arguas me ⁊c.Et p̄
uerb.vi. Zelus ⁊ furor viri nō parcet ī die vi
dicte.Quo ad scd̄z dicit p̄s.Neq3 in ira tua
corripias me.Quo ad tertiū.Miserere mei
dñe:q̄m infirmus suz.¶Ad faciēdū pniam
in hoc mundo tria sunt necessaria.
Primo preteriti pcti cessatio.
Scd̄o pro futuro diligēs euitatio.
Tertio pro pacto pctō dura emēdatio.
¶De primo.Iob.viij.Dixit xp̄s mulieri adul
tere.Uade ⁊ ampliꝰ noli peccare.De scd̄o ad
Ro.vi.Sicut exhibuistis mēbra vr̄a seruire
īmūdicie:ita ⁊ nūc exhibite seruire iusticie ī
scti ficatōez.De tertio.p̄s.Laboraui p̄ singu
las noctes lectū meū.Leuate corda vos dñi
habuistis multos p̄dicatores q̄ p̄dicauerūt
vobis indulgētias apl'icas ⁊ plenarias abso
lutiōes: oīa illa nihil sunt nisi seruetis ista
tria:aut eternaliter damnari oportet.

Primo opz cessare a pctō.
Scd̄o diligenter euitare.
Tertio dure emendare.
¶Capiatis quodcūq3 pctm̄ voletis quod re
gnat ī ista ciuitate vos dñi iusticiarij.⁊ vos
diuites incrassati ⁊ impinguati nūquid ha
betis medicos supersticiosos et sortilegos?
nūquid emistis officia vestra quattuor mi-
libus scutis:⁊ habetis magnū statum.dñs
nouit vnde veniūt iste pecunie.Et vos vsu
rarij qui comeditis substantiā pauperis:si-
cut escam panis.Et vos ecclesiastici qui nu
tritis meretrices de bonis crucifixi vos estꝭ
auditores verbi:sed non factores.dico ergo
nō ego sed dñs. Agite pniaz:aliter irreme-
diabiliter eritis damnati.Dñs dat vobis lo
cū pnie ⁊ vos indurami magis.Considera-
te ꝙ multi sunt in inferno q̄ nunq3 fecerūt
tot mala quot vos fecistis.Apoca.ij.dicitur.
Ecce dedi ei tp̄s vt pniam ageret ⁊ nō vult
penitere a fornicatōe sua.sequit. nisi pniaz
ab opibꝰ suis egerit filios suos interficiā in
morte ⁊ punitio maxima erit. Uolo dicere
ꝙ emēdetis vitā vestrā ⁊ cōuertimini ad dñz
vt studeatis placere deo.dimittatis vallem
miserie:⁊ ascēdatis ad mōtez gratie,Ascē
de ad me ī montē ⁊ esto ibi ⁊c.

¶Feria scd̄a dñice secūde.xl, Ser.xxi,



Scende ad me in mōtem ⁊c.Auertat obsecro ira tua ⁊ furor tuꝰ a ciuitate hierusalem et a monte sancto tuo .propter peccata eniz nostra ⁊ iniquitates patrū no
strorūz positi sumus in obprobrium.Danie
lis.ix. ¶Dñi ⁊ anime deuote si retinuistis
doctrinā vobis datam:debetis laborare pro
salute vestra . Heri diximus ꝙ deus vocat
nos vt simus scti. ⁊ diabolus vocat nos ad
statū pcti ⁊ finaliter ad dānationē eternaz.
Ut cognoscamꝰ quibꝰ subijcimur pro pctis
hodie ostēdit in epistola . ⁊ dicit sic Daniel.
Dñe deꝰ qui eduxisti ppl'm tuū de terra egy
pti:nos sumus hodie positi in obprobrium
oībus circūstantibꝰ p̄pter pctā nr̄a.Daniel
erat in captiuitate ⁊ orabat p̄ populo.dñi si
nos sciremꝰ penas quas p̄ pctis meremur
studeremꝰ emēdare vitas nostras. Propter

pctā iudeoꝝ hierosolyma fuit destructa: tē plum diruptū: oīa loca fuerūt desolata: ⁊ ip si filij israel ducti fuerūt in babyloniā ⁊ du riter afflicti. Dñi oīa in figura contingebāt illis. aīe nostre priuate sunt gratia ⁊ sunt in cōfusione ⁊ in manu diaboli. vnde ps. Filia babylōis misera. aīa pctōris est decolorata: tēplū est diruptū ⁊ destructū: vbi diuinum officiū nūc celebraṫ: sed diaboli sunt tēpluꝫ dei qđ estis vos: ⁊ aīa vestra vbi deus debet coli diabolus inhabitat. Uidete dñi si veni ret soldanus ⁊ intraret istā ecclesiā ⁊ depo neret imaginē crucifixi ⁊ btē marie virgis ⁊ aliorū sctōꝝ ⁊ sanctaruꝫ ⁊ apponeret ydo la sua: nūquid fleretis vos vidētes istā deso lationē: credo ꝙ sic. quale remediū: cōuerti mini ad dñm. O miserrimi pctōres videatꝭ oēs vicinos vr̄os ab vtraqꝫ parte. videatis deū a parte supiori qui iudicat vos. a parte sinistra diabolū qui q̄rit arripere aīas vr̄as. a parte dextra angelos qui plangūt vos ⁊ q̄ rūt vindictā de vobis. a parte interiori cōsci entiā que remordet. Qđ remediū: Dicamꝰ cū Daniele ꝓpheta. O dñe deꝰ libera nos a cōfusione babylonica: non nr̄is meritis sed tua misericordia. Et ad hoc faciliꝰ īpetrādū orabimꝰ beatissimā virginem mariā vt uo bis īpetret grām: presentabimusqꝫ illi salu tationē angelicā dicendo. Aue.

¶ Ascēde ad me in montē ⁊c. More solito moueṫ questio theologalis termiata a ma gistris nostris theologis fundata sup euan gelio terminata a beato Thoma in prima ij. q. lxxx. vbi đr. in pctīs vestris moriemini. Utrū scꝫ diabolus possit esse cā̄ sufficiēs ad perpetrandū pctm̄. Respondet doctor. Ali quem esse causaꝫ peccati potest intelligi tri pliciter. Uno modo ꝙ aliquis fit causa vo luntatis. Et tūc illud dicitur esse causa qđ potest mouere voluntatē: ⁊ sic diabolus nō potest esse causa nec deus etiaꝫ. Alio modo aliquid pōt eē causa obiectiue. Et hoc mul tipliciter. Uno modo ꝓponēdo. alio modo mouendo. Alio modo suadēdo. Et alio mō cōsiliū prebendo. Et hoc modo diabolus po test esse causa peccati politi: sed deus nō po test esse causa efficax. Quia fm̄ Augustinū de auctoritate nō fit homo deterior. ¶ Leua te corda vestra: quid videṫ vobis domini ti metis dānari: Dicetis forte in cordibus ve stris. deus si vult preseruabit nos a peccatō. Verum est: sed si vultis habere gloriam hu ius mundi ego inuito vos ad perdendū glo riaꝫ paradisi. Habetis ad hoc legē ciuilē. ff. si certū petaṫ. l. secūda. Si aliquid certū ꝑ certo loco ⁊ tempore alicui debeatur: et alte ro loco ⁊ tēpore petatur iniusta est petitio. Et ideꝫ habetur in decretali extra de plus petitionibus. ca. consilium in antiquis. vbi đr: ꝙ petitio pōt eē iniusta quadrupliciter. Primo re.
Secundo tempore.
Tertio causa.
Quarto loco.

¶ De primo patet. pater debet honorare filium et illum preseruare ab omni corruptione. sed ita non fuisset si corpus eius corruptum in terra permansisset. ideo ps. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. De secundo. ps. Que vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem. De tertio. Actuum.ij. et sumitur ex ps. Prouidebam dominum in conspectu meo semper etc. ¶ Leuate corda vestra domini burgenses cepistis hodie corpus christi. Utinam nullus sit inter vos iudas. O anime paupes et domini si christum in peccato mortali recepistis hodie pauperrime nati estis: felices si christum recepistis bene et digne. laborate ut maneat vobiscum si non maneat: vos estis miseri et debetis grauissimis penis affligi. Habetis legem ciuilem C. si seruus exportandus veniat. lege moneor. Seruus vendens dominum suum venit capite plectendus. glo. non sine ca. de conse. dist.i.c. Altaria non sunt crismate vngeda nisi sint lapidea. Si autem lapidea fuerint crismate pungatur Dicatis vos domini iusticiarij si tenetis vnum criminosum qui vna die ex istis septimane iuisset prandium cum rege: et post prandium factum iuisset ad aduersarium regis qui est inimicus eius capitalis et traderet eum: nunquid truncaretis ei caput? certe credo quod sic. Audi psalmistam. Qui edebat panes meos magnificauit sup me supplantationem. conqueritur christus de iuda traditore suo. et si inimicus meus maledixisset etc. O peccatores qui fecit sicut iudas hodie in mala hora natus est: qui scilicet cenauit cum christo et post cenam tradidit eum in manus inimicorum quero in quo statu recepistis vos. Consideret vnusquisque precor statum suum si habuistis intentionem luxuriandi: ludendi et peccandi vt antea: certe estis vt iudas. Suadeo vobis recognoscatis amorem quem vobis saluator ostendit in sacramento altaris reddendo sibi gratias de tam inestimabili amore vt ingrediamini terram promissionis: et ascendatis ad montem gratie. Iuxta verba thematis preassumpti, Ascende ad me in montem etc.

¶ In isto sermone erunt due partes.

Prima erit euangelice hystorie declaratiua.

Secunda stationis virtualis in monte gratie ostensiua.

Prima pars tangitur ibi. ascende ad me in montem.

Secunda ibi. et esto ibi.

¶ Quantum ad primam partem tota materia presentis diei que debet esse iocunda plurimum animabus deuotis est de resurrectione domini nostri iesu christi que diuiditur in tres partes.

Primo tangitur resurrectionis christi necessitas.

Secundo temporalitas.

Tertio iocunditas.

¶ Christus dominus noster resurrexit,

Primo propter angelos.

Secundo pro existentibus in limbo,

Tertio pro viatoribus.

¶ De primo.i. Petri.i. In quem desiderant angeli prospicere. vbi doctores dicunt quod angeli videntes humanitatem christi glorificatam adepti sunt gloriam accidentalem. Ideo propter angelos fuit et necessarium resurgere tertia die. ¶ O anime deuote considerate gaudium et leticiam quod habuerunt hodie angeli prospicientes humanitatem christi. Sciebant enim ipsi quod per mortem eius tota natura humana saluata fuerat. De secundo ps. Surge domine in requiem tuam etc. Dicunt aliqui doctores contemplatiui et symeon iustus postquam accepit eum in vlnas suas descendit in limbum. et ibi consolabatur patres antiquos promittens eis quod ipsum tenuerat inter vlnas suas. postmodum etiam ioseph sanctus descendit ad limbum etatis christi

saltim anno. xij. qui ab eo tpe non legimus ioseph supuixisse saltiȝ in euãgelio. Tertio descẽdit Joh. baptista qui dixit ade: τ alijs ꝓpe erat redẽptio eoꝝ asserẽs xp̄m demonstrasse digito. τ poterat illud dicere. p̄s. Exultate deo, adiutori nr̄o. ¶ O q̃ iocunda fuerit ista noua existentib⁹ in regione vmbre mortis. fuistis ne aliqñ in ꝯsiergeria vel i castelleto qñ veniebat aliq̃s de amicis vr̄is: nunq̃d q̃ritis que noua q̃d fit parisius cur nõ expeditis me? sic sc̄ti patres exñtes in limbo. Tertio fuit necessariũ ꝓ nobis vt fides nr̄a ꝯfirmaret. Dicit eñ Bona. q̄ xp̄s vsq̃ ad iudiciũ nõ debuit expectare nec etiã subito resurgere. Si subito resurrexisset potuissẽt asserere iudei q̄ nõ fuisset mortu⁹ ſ; q̄ passus fuisset litargiã q̄ est q̄daȝ infirmitas hoīem semimortuũ reddẽs: τ durat ꝑ. xxiiij horas. idõ ipse mãsit ꝑ tres dies: vt veritas mortis ꝓbaret. Silr̄ nõ debuit expectare vsq̃ ad finẽ mundi ꝓpter duas causas.

Primo vt adimplerent scripture.

Scd̄o vt fides in ap̄lis suis cõfirmaretur.

¶ Quantũ ad scd̄m querunt aliq̄ doctores qua hora surrexit. Dico q̄ in crepusculo diei Michael de bononia ordinis carmelitarũ super illo p̄s. A custodia matutina τc. Hoc multũ declarat. vide eũ ibi. ¶ Quãtũ ad tertiũ xp̄i resurrectio fuit iocũda. tali eñ die sicut est hodie fuerũt facte quattuor iocũditates. Prima iocũditas cõtinet mirabilia τ se tenet ex ꝑte aīe xp̄i. Unde ex prīa iocũditate gaudiũ accidẽtale creuit aīe xp̄i. Prīo q̄ totus sanguis q̄ fuit in cruce effusus necessarius hũanitati subito ꝑ misteriũ angelorũ fuit collect⁹ τ corꝑi xp̄i ꝑ diuinã virtuteȝ vnitus. Scd̄o aīa xp̄i in instãti fuit vnita corpori ꝑ informationẽ: vt dicit Bonauẽ. in tractatu de arbore vite. Tertio illud corpus sacratissimũ qd̄ pepẽderat in cruce gloriosũ fuit τ ornatũ dotib⁹ glorie. s. sublimitate agilitate claritate τ ipassibilitate. Mat. xiij. Fulgebũt iusti sicut sol in regno p̄ris eoruȝ. O aīe deuote si dignaret nobis xp̄s paululũ ostendere illud caput suũ gloriosissimuȝ obliuisceremur p̄sentis seculi delectatões: τ dimitterem⁹ pctã τ vanitates. Quarto xp̄s subito exiuit sepulchrũ in corꝑe τ aīa nõ fracto monumẽto: nõ violatis sigillis. Scd̄a iocunditas fuit in maria: vidit gloriã resurrectiõis: vidit τ credidit τ post eã magdalena τ dixit q̄ post cenã nõ exiuit a hirl̄ȝ nisi vsq̃ ad montẽ caluarie ad videndũȝ xp̄m patiẽtem τ erat in monte syon a morte christi vsq̃ ad tẽpus resu[rrecti]õis filij sui prestolãdo filij sui resurr ecti[onem]. Ad hoc habem⁹ figuram in libro Thobie de thobia q̄ misit filium suum ad rages ciuitatẽ medoꝝ: ad gabelum ad querendũ decẽ talenta argenti q̄ ipse p̄stiterat sub cyrographo gabelo cognato suo. mater aũt expectabat aduẽtũ suum sup vnũ motẽ. Thobie. x. Iste thobias p̄r est de⁹ pater q̄ misit filiũ suũ in rages τ in hũc mũdũ ad q̃rẽduȝ pecuniã. i. naturã hũanaȝ quã p̄stolabat mr̄ sua b̄tissima v̄go maria sup mõtẽ syõ: q̄ poterat dicere illud Cãti. v. Filie hirl̄m nũciate dilecto meo q̄ amore lãgueo. τ dicit hic Ambro. q̄ cũ ip̄a b̄tissima virgo esset in extasi τ p̄stolaret sic filiũ suuȝ tũc apparuit ei xp̄s in tunica alba cũ societate angeloꝝ intrãs oratoriũ suũ τ dicẽs. salue sc̄tã parẽs: cõfortamini q̄ data est mihi oīs p̄tãs i celo τ in terra. mõ dimittite flet⁹: tp̄s ẽ gaudij τ leticie qm̄ regnũ ꝑadisi aꝑtũ est. O vtinã fuissem⁹ i ista salutatõe pctores nunq̃ fili⁹ tã iocũde matrẽ suã salutauit q̃ xp̄s. τ q̃uis euãgeliste ñ recitãt istã appitionẽ: hoc ẽ ꝓpter duas cãs. Prīa q̄ b̄tã virgo testis eẽ nõ poterat de resurrectiõe filij sui. testimoniũ eī mr̄is suspectũ ẽ. extra de testibus ca. sup eo. Scd̄o q̄ euãgeliste multa omiserũt. tñ in rei veritate facta sũt τ p̄sertiȝ de mr̄e ꝓ eo q̄ q̄libet dȝ opinari q̄ xp̄s suã matrẽ honorauit tm̄ q̃tuȝ aliq̃s vnq̃ fecit filius suã matrẽ. Dico igr̄ q̄ ꝓpter tres causas debuit primo apparere matri.

Primo ꝓpter dignitatẽ matris.

Scd̄o ꝓpt̄ dolorẽ: q̄ mag̃ doluit q̃ oẽs alij.

Tertio propter exẽplaritatẽ: vt nos induceret ad b̄n̄ficia prestanda matri.

¶ Marcus. xvi. dicit q̄ mulieres venerũt ad monumẽtuȝ. Prima vice nihil inuenerũt τ dixerũt q̄ sublatũ erat corp⁹ iesu. venerũt discipl i τ nihil iuenerũt nisi lintheamia. ¶ Leuate corda vr̄a si fuistis i monumẽto martha τ magdalena τ maria iacobi: τ alie mulieres q̄ i vita eũ dilexerũt post mortẽ desperauerunt q̄ nõ resurgeret. τ erat mos iudeoꝝ vngere corpa mortuoꝝ τ ideo iste mulieres fecerũt vnguentuȝ ad vngẽduȝ corpus iesu τ vene-

rũt diluculo dicẽtes. q̄s reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽti: hec dicebãt inter se veniẽdo colloquẽtes adinuicẽ. Est aduertendũ dñi q̄ monumẽtũ xp̄i erat factũ ad modũ tabernaculi. ab vna p̄te erat aptũ ad intrãdũ: q̄ pylat⁹ posuerat vnũ lapidẽ ad custodiendũ corpus iesu ne forte furaref: et apposuerat multa sigilla ne forte veniẽtes discipuli furarent corpus iesu ꝛ viderũt reuolutũ lapidẽ: ꝛ introeũtes inuenerũt duos angelos vnũ a dextris: ꝛ aliũ a sinistris qui dixerũt mulierib⁹. quid q̄ritis: an iesũ q̄rit surrexit nõ est hic. Ecce locus vbi posuerũt eũ. sed ite dicite discipulis ei⁹ ꝛ petro q̄ p̄cedet vos in galileã: ꝛ ibi eũ videbitis. Bon. dicit q̄ xp̄s apparuit Petro existẽti in rupe que vocat gallicant⁹ ꝛ petr⁹ posuit se ad pedes iesu dicẽs. dñe fac mecũ miam: ego sum ille infelicissimus peccator q̄ te dereliq̄ ꝛ ter negaui in domo anne. cũ igr̃ maria magdalena cũ alijs egrederef de sepulchro ꝛ nũciasset petro q̄ iã resurrexerat dominus: ꝛ dixisset Petrus nõ sum dignus eum videre q̄ ip̄m negaui. tunc xp̄s apparuit magdalene in specie ortholani dicẽs. q̄d ploras. illa aũt credens q̄ esset ortholan⁹ dixit: dic mihi q̄s sustulit illũ. Postmodũ retrouersa cognouit eũ ꝛ se ↄuertit ad pedes ei⁹ ꝛ voluit eũ deosculari. xp̄s vero nõ est passus se tãgere. Q̄ꝫ gauisa est beatissima magdalena videndo illum q̄ dixerat sibi. remittunt tibi pctã tua. Tũc magdalena affecta gaudio abijt i ciuitatẽ ꝛ annũciauit omibus discipulis q̄ apparuit xp̄s ꝛ surrexit. Tũc duo ex discipulis ibãt ipsa die ad castelletũ emaus quib⁹ apparuit sicut dicem⁹ cras. Dicam⁹ nos igr̃ oẽs pctõres. piissime iesu q̄ hodie beatissimũ Petrũ lachrymãtẽ dulcissima voce salutasti ꝛ magdalenã ↄfortasti da nobis gr̃am vt mẽs nr̃a ꝛ ↄsciẽtia verũ sit tẽplũ sp̄us sc̄ti: ꝛ ascẽdem⁹ ad montẽ gr̃e. Iuxta verba thema. preassumpti. Ascẽde ad me i mõtẽ ꝛc.
¶ Quantũ ad sc̄dã partẽ op̄ꝫ stare in mõte gratie. ideo leuate corda vr̃a. Status gr̃e ẽ status terre promissionis. tria erãt que dñs p̄miserat pp̄lo israel.

Primo quies.

Sc̄do abũdantia panis ꝛ vini ꝛ olei.

Tertio terre inimicoꝝ recuperatio.

Ista terra est status grati e. ¶ De p̄mo beatissimus Paulus dicit. ad Cor. i. Gloria nr̃a hec est testimoniũ ↄsciẽtie nr̃e. De sc̄do. Sapien. vij. Oẽs thesauri nõ p̄nt illi cõparari. Gal. iiij. Ejice ancillã ꝛ filiũ eius. nõ eñi erit heres fili⁹ ãcille cũ filio libere. Dñi mei si vultis habere seu stare in terra promissionis ista terra est optima irrigua. nos videmus q̄ aliqua terra dr̃ esse bona p̄pter tres causas. Prima q̄ q̄uis nõ colatur tñ affert multũ fructũ. Sc̄da est q̄ñ nõ solũ vnũ fructũ sed oẽs fruct⁹ affert. Tertio q̄ nõ est faciliter expugnabilis. sic etiã in gratia sp̄us sancti est enim terra quietissima. Dicatis mihi o pctõres quando cognoscitis vos esse in gratia dei. habetis remorsus ↄsciẽtie si non habetis optimũ signũ. ideo paulus. Gloria nostra hec est ꝛc. Dicunt probi viri laudetur deus ꝛ nõ habeo remorsum de aliquo pctõ. Secũdo existens in gratia habet oĩa genera fructuũ. i. habet oĩa genera virtutũ. Nõ eñi est possibile q̄ aliquis deũ diligat perfecte ꝛ diuitijs estuat. De tertio charitas ẽ optimus clipe⁹ ad debellãdũ ↄtra insidias diaboli. Suadeo igr̃ vobis vt ejiciatis oẽm carnis ꝛ mũdi lasciuiã ꝛ stetis in terra promissionis. Amen.

¶ Feria sc̄da pasche. Ser. lxvi.



Scende ad me in mõtem ꝛ esto ibi. Manducauimus ꝛ bibimus cũ illo postq̄ꝫ resurrexit. Actuũ. x. Dñi ꝛ aníe deuote q̄ venistis ad audiendũ aliq̄d p̄ salute vr̃a. si notastis doctrinã hesternã debetis velle placere deo. Christ⁹ eñi post resurrectionẽ voluit apparere afflictis ad ↄsolãdũ eos Ecc̄lia hodie cõtinuãdo predictã materiam dicit in ep̄la. Vos fratres audiuistis loq̄ de iesu q̄ fuit missus de celo in terrã: q̄ sanauit infirmos: suscitauit mortuos: ꝛ fecit multa miracula atq̄ꝫ p̄dicauit ꝛ tandẽ mortu⁹ ẽ: ꝛ resurrexit a mortuis. loquimini mihi vos dñi q̄ eũ suscepistis heri. estis ne resuscitati. Re suscitati sũt i triplici dr̃a. Quidã sr̃ ficte resuscitati. Alij p̄ tp̄e. Alij i eternũ. Primi sũt q̄ heri ad mẽsã sacramẽti altaris venerũt ꝛ videbãt portare tũicã sc̄titat q̄ tñ veniebãt cũ inẽtõe peccãdi. O p̄ditores tales sũt fi

eūt iudas qui dedit bonū signū iudeis xp̄m deosculādo:⁊ tñ tradebat eū3. Alij sūt q̄ posuerūt se in bono statu cū intentōe abstinē di:⁊ sūt vere resuscitati:ſ3 tñ in breui cadēt⁊ morient̄ p pctm̄. Estis hic o viles meretrices.o ruphiani lusores.⁊ sic de alijs.visitabitis ne dn̄m iacobū ⁊ vr̄os ribaldos. Et vos ribaldi vr̄as ꝯcubinas.vadatis ad oēs diabolos. Audite petrū dicētē.ij. Petri.ij. Melius erat illis nō cognoscere viā iusticie q̄3 post agnitā retrorsum cōuerti. Nunqd habetis xp̄m. Math.xij.dicentē. Fiunt nouissima hoīs illi⁹ peiora prioribus. Figite igit̄ pedē ⁊ state in terra ꝓmissionis q̄ est terra multū desiderabilis. Alij sunt q̄ nunq̄3 moriunt̄ ⁊ de istis dicit Pau. Ro.vi. Christ⁹ resurgēs et mortuis ia3 nō moritur:mors illi vltra nō dominabit̄. Utinā nos essemus tales qñ moriemur sine pctō: scil3 vt aūt possimus id facere recurram⁹ ad beatam virginem dicendo Aue.

¶ Ascēde ad me ⁊c. More solito mouetur q̄stio theologalis. Utrū si resurrectio xp̄i nō fuisset accelerata corpus ei⁹ benedictissimū fuisset incineratū. Rn̄det scot⁹ in.iiij.q̄ sic. Licet em̄ diuinitas vnita corpori posset preseruare corpus:nec corpus pateret̄: tñ diuinitas ꝑmittebat causas naturales agere.⁊ sic corpus xp̄i acceleratōe causa℞ naturaliu3 sic fuisset putrefactū⁊ icineratū sicut⁊ alia corpa si ei⁹resurrectio nō fuisset accelerata. ¶ Leuate corda vr̄a.estis hic vos mulieres q̄ libēter curritꝪ ad pegrinādū.nūqd dabitis aīas vr̄as hodie diabolo. Dixi vobis heri p legē ciuilē q̄ seruus q̄ vēdit dn̄3 suū dign⁹ est morte.si heri suscepistis xp̄um saluatorē ⁊ hodie pctis:recto iure debetꝪ dānari. S3 forte dicetis.ista ebdomada est septiana gaudij ⁊ leticie in qua debem⁹ letari: q̄re nō vultis q̄ gaudeam⁹. Ad hoc habetis legē ciuile3. C.de sacrosctis eccl̄ijs. Incipit lex censem⁹. Ad idē est ca. Ad hec extra d̄ religiosis domibus. Ubi dicit primo īpator q̄ quotiēs aliq̄s dedit aliqd eccl̄e discernit q̄ nūq̄3 d3 dari nisi eccl̄e. Papa vero dicit q̄ q̄ posuit decimā ⁊ alia bona eccl̄ie in vsu3 prophanū ē excōicat⁹.ad hoc ē regula iuris.li.vi. Qd̄ semel deo dedicatū est ad vsus hūanos ampli⁹ transferri nō pōt. Dicatis mihi dn̄e burgēses,si ille ē excōicat⁹ q̄ alienat rē3 alienā ab ecclesia:quid de illis qui animas deo sacratas ⁊ dedicatas dāt diabolo. Sūt ne digni excōicatōe eterna ⁊ dānatiōe. dico q̄ sic. Seruate igit̄ conscientias vestras et nō polluam⁹:tēplū dn̄i.manete i grāvt ascēdere valeamus ad montē grē. Iuxta verba the.preassūpti. Ascēde ad me in montē ⁊c.

¶ In isto sermone erūt due ptes.
Prima erit sacri euāgelij expositiua.
Scd̄a stationis virtualis demōstratiua.

¶ Quantū ad secundā partē op3 primo loq̄ de euangelijs. Toto tempe paschali nō hēmus ita pulchrā materiam sicut i euāgelio hodierno qd̄ tres dialogos cōtinet. Utinam dn̄i istius ciuitatis haberēt istos dyalogos in corde suo.
Primū est duo℞ discipulo℞ adinuicē loquētium.
Scd̄us xp̄i apparentis ad discipulos iter se dubitantes.
Terti⁹ discipulo℞ ad ap̄los redeūtiū.

¶ Dicatis mihi dn̄i. ibitis hodie ad peregrinationē:si patres vestri eēnt hic cōpellerent vos ire ad eccl̄iam:⁊ meditari de salute aīa℞ vestra℞:⁊ nō discurrēre per vias ⁊ nemora faciendo plurimas fatuitates. heu q̄3 detestandū ē hoc factū ipso die pasche duo discipuli ibant in emaus qd̄ distat a hirl̄m stadijs.xl. Unus vocabat̄ cleophas.alter lucas Et dicūt quasi oēs q̄ qñ fuerūt in via eūdo nō fecerūt sicut vos loquēdo de vanitatib⁹ ⁊ fatuitatib⁹:s3 fecerūt vnū pulcherrimū dyalogū:⁊ dixerūt ad inuicē multa. Et p̄io dixit lucas. Cleopha dic mihi qd tibi videt̄ de iesu nazarēo. Dixit cleophas. Certe credo q̄ erat bonus hō ⁊ dulcis. dicit lucas. Certe et mihi videt̄ idē. sed miror q̄ oēs insurrexerūt cōtra eū3 viso q̄ ita bene predicabat ⁊ nulli parcebat veritatem dicendo:⁊ erat ita cōsolatiuus q̄ nunq̄3 fecisset mihi tediū. nō querebat pecunias:sed solū salutem aīa℞. suscipiebat pauperes:⁊ infirmos curabat. q̄nq̄3 milia hoīm de duobus piscibus ⁊ quinq̄3 panibus satiauit. Iudei ⁊ principes nr̄i interfecerūt eū. hodie ē tertia dies:ipse dixit se d̄bere resuscitari. ego miror q̄ nō resurrexit. Leuate corda vestra audite oēs. Bō bon⁹ de thesauro suo profert bona.i.bona vba:⁊ mala malus. de quolibet cognoscitur cuius lingue sit:cuius patrie sit in lingua. vultis co-

gnoſcere mulierē meretricē ſi loquatur lubrice lubrica eſt: ſi blaſphemet diabolica: ſi de bono loquaẗ bona ē. xp̄s aūt dixit Mat. xviij. Ubicūq; fuerint duo vel tres congregati in nomine meo in medio illoꝝ ego ſuꝫ Quādo aūt iſti boni diſcipuli fuerūt in vnū iiij. leuce triſtes erāt ⁊ dixerūt ad ſe inuiceꝫ. frater mi dilectiſſime nō poſſuꝫ recordari d̄ xp̄o neq; loq̄ de eo qui ego fleaꝫ. Tunc xp̄us appropinquans in ſpecie peregrini cū baculo ⁊ alijs ſignis peregrini in medio eoꝝ ſtās dixit. qui ſunt hi ſermones quos ꝯfertis ad inuicē ⁊ eſtis triſtes? Tunc aſpexerūt eū vehemēter dicētes. Tu ſolus peregrin⁹ es in hi'l'm ⁊ nō cognouiſti q̄ facta ſunt i illa his diebus quaſi dicat in iſta ſeptimana fuerūt in hi'l'm pluſq; centuꝫ milia hoim ex omni natione que ſub celo eſt: nō ſcis quia principes noſtri tradiderunt ieſum xp̄ꝫ crucifigēdum qui fuit vir propheta potens in opere ⁊ ſermone ⁊ predicauit per vniuerſaꝫ iudeā ſamariam: ⁊ galileam. nos ſperabamus ꝙ hodie reſurgeret et quedā mulieres ex nr̄is tenuerunt nos que dixerunt viſionē quandam ſe vidiſſe. tūc dixit ieſus. O ſtulti ⁊ tardi ad credēdū. nonne oportuit chriſtum pati ⁊ ita intrare in gloriā ſuā ⁊ adimplere ſcripturas prophetaꝝ. ⁊ interpretabaẗ illis ſcripturas incipiens a moyſe ſic dicēs. nūquid audiuiſtis ꝙ in paradiſo terreſtri eſt arbor vite que ſignificat arborē crucis in qua xp̄s fuit ſuſpēſus in mōte caluarie. iuxta illud quod dicit p̄s. Operatus eſt ſaluteꝫ in medio terre habitabilis. ſcitote ꝙ illa arbor eſt figura magiſtri veſtri qui dormiuit in arbore crucis. ſicut adā dormiuit in paradiſo terreſtri prope arborē vite. Nunquid etiā audiuiſtis loqui de archa noe in qua erat vna feneſtra in latere dextro? ſcitis quid hoc ſignificat ſi neſcitis vos eſtis ſtulti. Archa noe figurat corpus magiſtri veſtri q̄d in latere dextro fuit apertū. ⁊ ſicut noe ſaluatus eſt i archa cum filijs ſuis ⁊ nulli alij: ſic etiam in paſſiōe xp̄i quicunq; ſaluatur virtute illius ſaluatur ⁊ nō alterius. Et appropinquauerunt caſtello quo ibant: ⁊ dixerunt ſibi. mane nobiſcū dn̄e dies iam vadit ad occaſum mane nobiſcū ⁊ dabim⁹ ibi bonā refectōeꝫ. verba eñi tua dulcia ſūt ſuper mel. Ipſe auteꝫ ieſus finxit ſe longius ire, ipſi aūt coegerunt eū intrare dicētes. Bone magr̄ nunq; magr̄ noſter dedit nobis ita bonū ſermonē ſicut vos. Iteꝝ cepit xp̄s dicere. dicatis mihi: nūq̄d audiuiſtis d̄ abrahā quō voluit immolare filiū ſuuꝫ: ⁊ impoſuit ſibi ligna. ille yſaac repn̄tabat magr̄m vr̄m qui i die veneris portauit lignū crucis ſup̄ ſpatulas ſuas et hūanitas paſſa ē ⁊ nō yſaac. i. diuinitas. Tunc dixerunt ſibi. O bone magiſter bn̄dicta ſit hora in q̄ te inuenim⁹. Dicatis nobis adhuc aliq̄d. ipſi optabāt ſp̄ ſcire ⁊ dixit xp̄s Nunq̄d aliqn̄ legiſtis Iſaiā dicentē. Tanq; ouis ad occiſionē duceẗ ⁊ nō aperiet os ſuū Iſtud intelligiẗ de magr̄o vr̄o q̄ tradit⁹ ē flagellatus ⁊ occiſus ſicut agnus. nunq̄d iteꝝ habetis Iſayā q̄ dicit. Dedit genas ſuas et barbā trahētib⁹. oīa iſta intelliguntẗ de xp̄o Et tunc voluit eos dimittere ⁊ tenentes tunicam ſuā volebat abire ⁊ ceperūt eū per tunicam ⁊ venerūt ad hoſpitiū ⁊ cū appoſuiſſent ei panē gratias agēs fregit ⁊ cognouerunt eū in fractiōe panis: nec cognouerunt eum niſi qn̄ fecit miracula in pn̄tia eoꝝ. Dicatis mihi vos dn̄i vos auditis ſmones: vos eſtis auditores legis: ſed nō factores. velleti habere miracula: xp̄s non erat ſolitus facere miracula niſi quando op⁹ erat. nunc autē non ē opus miraculis p̄p̄ ꝓmulgationē legis. xp̄s non portabat gladiū ⁊ tn̄ ita perfecte ſcindebat panē ꝙ nō cadebat vna mica et hoc ſp̄ faciebat qn̄ manducabat panem. Tunc immediate apti ſūt oculi eoꝝ et euanuit ab eis. et dixerūt ad inuicē. nōne cor noſtrum ardēs erat in nobis de ieſu dum loq̄retur nobis in via? fatui ſum⁹ q̄ nō cognouimus eū. Ipſe vero erat magr̄ noſter ⁊ ſubito venerunt hieroſolymā ad domū vbi erāt decem cōgregati: ⁊ narrauerūt oīa q̄ illis cōtigerant i via ⁊ quō dicebat eis bona verba: et quō bene ⁊ ꝓfunde p̄dicauerat: ⁊ ip̄is loquētibus ieſus ſtetit i medio eorum: ⁊ dixit pax vobis. Iſta materia declarabiẗ cras. Domini mei audite me qn̄ ibitis per viā loquimini de deo ⁊ dn̄s erit vobiſcum. dimittati peccata: ponatis penam ad ſtandū in gr̄a ⁊ ſic venietis ad terram gratie ⁊ aſcēdetis ad montem gr̄e. Iuxta verba thematis preaſſūpti. Aſcēde ad me in montē ⁊c.

¶ Quātū ad ſecundā partē. Vos dn̄i vultis manere in mōtem gr̄e: multi ſunt q̄ dicunt.

ego vellē sp manere i gratia dei ⁊ vellē ꝙ de
us sp maneret mecū. Sz quō faciaz ego ꝙ
dn̄s maneat semp mecū? Audite sermonez
Eccli.vij.dicētē. In oib⁹ opib⁹ tuis mēoꝛare
nouissima tua ⁊ ineternū nō peccabis. Dn̄i
mundani ⁊ vt ego incipiā a maioꝛib⁹. Uos
qui vaditis ad curiā sup mulas vr̄as: ⁊ vos
prelati eccl'iastici qui frāgitis lapides vicoꝝ
⁊ ciuitatis q̄ debetis stare i ecclesijs assidue
oꝛantes p defunctis. ⁊ vos domicelle q̄ liben
ter choꝛeatis que habetis guttur politū ⁊
illaq̄atis iuuenes: videatis super caput vr̄z
venturam moꝛtē. Consideretis penas infer
nales quibus nihil hoꝛribili⁹: nihil detesta-
bilius. Considerate etiā extremū iudicium
quo nihil seueri⁹ cōtra malos ⁊ peccatoꝛes ⁊
si adhuc nō potestis detestari mundū curri-
te ad cimiteriū: accipiatis illa ossa: capiatis
vnū caput pulchrioꝛis meretricis q̄ vnq̄ȝ fu
erit in ista ciuitate in cameris vestris existē
tes: dicatis eis. quid pdest nunc tibi luxuria
tua? quid pompe tue? quid aspect⁹ īpudici?
Hiero. dicit ꝙ facile cōtēpnit oīa qui se sēp
cogitat moritu. Uos vsurarij signati signo
diaboli cogitate vos morituros ⁊ spernetis
vsuras vestras. Dn̄s bonauētura dicit ꝙ p-
funda moꝛtis cogitatio ad. viij. valet de q̄b⁹
dicem⁹ in ista septimana.
Prio ad peccatū vitandū.
Scdō ad mūdū cōtēnendū.
Tertio ad carnis vicia domādū.
De primo dicit augu. Nihil tantū valet ad
peccatū vitādū sicut moꝛtis cōsideratio. Ha
bemus exēplum de saule q̄ cū esset in rama
tha: vt hr̄. i. Reg. xix. Expoliauit se vestimen
tis suis ⁊ pphetauit. Uos adulteri ⁊ lubrici
oēs dicatis mihi veritatem. si esset hic aliq̄s
ferocissimus capitane⁹ ⁊ p̄ntaret vobis pul
chrioꝛē meretricē toti⁹ mūdi dicēs. Quicūq̄ȝ
cognouerit istā mulierē auferā sibi caput ⁊
vitaz. q̄s vestrū eēt q̄ nō dubitaret moꝛi? An
dubitatis dn̄i ꝙ deus nō posset vobis simile
facere: q̄ vobis pmittat vos diu in vestris volu
ptatibus viuere. Dicatis nunc alcibiadi de q̄
loquit Boetius: q̄d sibi pfuerūt specula sua?
quid picture? quid respect⁹ īpudici? q̄d tact⁹
inuerecūdi? certe nihil. Perijt ei⁹ mēoꝛia ei⁹
cum sonitu. Quidā doctoꝛ recitat ꝙ i castro
de vēdosme erat quedā mulier lubrica mul-
tū: ⁊ quidā pr̄ bonus audiebat eā in cōfessio
ne: ⁊ erat adeo mūdana ꝙ nō poterat cōtē-
tari indumētis ⁊ vanitatibus. Ille bon⁹ pa
ter hoc videns venit ad eam ⁊ dixit. Dn̄a do
micella ego sum iturus parisius si placet vo
bis aliquid mandare vel habere ego faciam
vobis nuncium. Dixit mulier. Illud solū a
vobis postulo ꝙ poꝛtetis mihi vnum specu
lum pulcherrimū. Bene dixit ille pater. cer
te faciam. Pater ille cū eēt bon⁹ et prob⁹ ac-
cessit ad cimiterium innocētiū: dixitq̄ȝ ma
tricularijs. Dn̄i rogo vos detis mihi caput
alicuius pulcerrime mulieris. Qui respōde
runt. vos habebitis certe. ē vna que moꝛtua
est a quindecim diebus citra que dicebatur
pulchrioꝛ istius ciuitatis. Tunc ille pater ac
cepto capite posuit illud inter duo linthea-
mina ⁊ posuit in sinu suo. Et vt redijt ad vē-
dosme: iuit ad domicellā suā ⁊ eā salutauit:
et dixit mulier. Pater appoꝛtate mihi specu
lum. Ita pater respondet. ego volo: sed dixit
Opoꝛtet istud iocale cum magna solēnita-
te videre. Et vocauit tunc omnes domicel-
las suas: ⁊ ille pater posuit caput illud sup
tabulaz: ⁊ illo discooperto apparuit illi mu
lieri tam diffoꝛmis figure ꝙ ipsa illud vidē
do cecidit in terram. Ille vero frater dixit.
Domina mea nolite terreri: istud caput est
illius mulieris pulcherrime parisien. d̄ qua
audiuistis aliquando loqui. Erat vobis pul
chrioꝛ: ⁊ vos eritis similis illi. Tunc mulier
ait illi. Heu pater mi sū ego futura similis
isti? certe sic dixit pater. Tūc ista mulier ab-
iecit pompas et vanitates ⁊ egit penitētiā.
¶ Utinam vos mulieres voluptuose ita fa-
ceretis. quando eritis in articulo moꝛtis et
videbitis mille diabolos a sinistris vestris
qui volent accipere aīam vestram: nunquid
tunc velletis nunq̄ȝ duxisse pompas et volu
ptates quas duxistis? Cauete igitur vobis.
Secūdo meditatio moꝛtis valet ad contem
ptum sui. Dicatis domini magnates: aduo
cati ⁊ iusticiarij qui emitis officia: considera
te vos morituros: ⁊ ꝙ nō erit remediū. Nō
valebunt preces neq̄ȝ amici. De tertio valet
ad domanduz carnis vicia. Uos meretrices
et paillardi qui viuitis sicut poꝛci: cogitetis
quales eritis post moꝛtem: q̄d prosunt vobis
ānuli? q̄d cathene? q̄d lapides pciosi? festine
m⁹ oīa ista deponere vt ascēdam⁹ ad gloꝛiā.
¶ Eadē die post prandiū. Ser. lxvij.



Scende ad
me ⁊c. Precepit nobꝭ ꝑdi-
care pplo et testificari: qꝛ
ipe ē q̄ ↄstitutꝰ ē a deo iu
dex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Act.
x. Dn̄i ⁊ aīe duote si tenuistꝭ doctrinā hesṫ
nā debetꝭ aīari ⁊ hr̄e coꝛ ad saluādū aīas ve-
stras. Xp̄s resurrexit ad dādū nobꝭ formā et
modū resurgēdi. Sic ei ip̄e semel resurrexit
et nunq̄ʒ morieṫ: sic nos q̄ surreximꝰ a pc̄tis
nō iteꝝ peccemꝰ: sʒ pc̄tis moriamur. ¶ Pro
ꝓsecutōe p̄n̄tis materie cū materia matu-
tinali: ego cepi scd̄am clausulā ⁊ pn̄cipalez
epl'e: vbi dicit beatissimꝰ petrꝰ. xp̄us p̄cepit
nobis p̄dicare. O pc̄tōres ītelligite auribuſ
qʒ ꝑcipite. dicit petrꝰ. Xp̄s passus ē ⁊ cruci-
fixus ꝓ nobis. nutriuit nos de corꝑe ⁊ pota
uit nos d̄ sanguīe suo. F. aliđ ē adhuc maiꝰ
et terribiliꝰ. s. ꝙ ip̄e ē ↄstitutꝰ iudex viuoꝝ ⁊
mortuoꝝ: ⁊ vult ꝙ hoc p̄diceṫ ī vniuerso mū
do. O pc̄tōres audite Pau. dicētē ad Hebr. x.
Horrēdū ē incidere ī manꝰ dei viuētis. Veli
tis nolitis hētis iudicē quē expectare d̄betꝭ
Ideo timete xp̄um: q̄ ↄstitutꝰ ē iudex ne vos
mittat ad ꝓfūdū inferni: ne furoꝛ ⁊ zelꝰ ac-
cipiat vos ī die vindicte. Cauete vobis pau-
peres pc̄tōres ne redeatis ad statū peccati
et ad vomitū sic̄ canes. Si em̄ h̄ feceritis in
felicissima erṫ tꝑa vr̄a. audiuistis mane q̄d
dixi vobis d̄ illa infelicissima muliere cui fu
it cura polire corpꝰ: nutrire carnē: ⁊ vermes
pascere. Nūc ego recitabo vobꝭ hystoriā d̄ q̄-
dā alia q̄ fuit tꝑe Eugenij pape. iiij. ⁊ h̄ reci
tat Robertꝰ de lycio: ⁊ dic̄ eā vidisse ī q̄daʒ ci
uitate italie. Erat iuuenis mulier etatis vi
giti ānoꝝ plena vanitate ⁊ voluptate mūdi
sic̄ sūt itale: vt ego ip̄e exꝑtꝰ sum. Querebat
ista mulier post festū pasche ⁊ susceptuʒ sa-
cramētū eukaristie lubricos amatores im
pudicos vt sibi cōgauderēt: ⁊ ipsa cū illis se
se sociare posset. Iudex vero supremus oīpo
tēs deus q̄ oīa nouit: ⁊ oīa iudicat cuiꝰ nu-
tu oīa gubernātur ⁊ oēs morte sua sicut di-
sposuit moriunṫ: misit sibi infirmitatē vali
dissimā. Cū vero medici eā visitarēt dixerūt
sibi oēs ꝙ quo ad corpus conualere nō possʒ
ꝙ pensaret ⁊ ꝓuideret de aīa sua. ipsa vero
hoc egit. fecit cōfessionē: ⁊ sacramētuʒ eukꝛa
ristie suscepit cū intētiōe tn̄ recidiuādi si cō
ualeret: qn̄ ante oīa q̄ ad regionez pertinēt
parata essent: matrē ad se vocauit. rogauit
qʒ illaʒ vt sibi oīa indumenta ⁊ vestes preci
osas q̄s habebat apportaret: rogauitqʒ ma
trem vt eā indueret p̄ciosioribꝰ indumentis
quasi vellet ire ad nuptias. Cū vero mater
nihil hoꝝ cogitaret annuit voto eius: que
exigens eaʒ dedit ei ānulos: cathenas: ⁊ a-
lia pulcherrima indumēta. Et postq̄ʒ indu
ta fuit aspexit se ⁊ cepit se ꝑ latera cū mani
bus dicens. Nunq̄d ego vadā ab hoc seculo
cum credebā iocari ⁊ letari. ego suʒ iuuenis
heu vitā meam. Assistētes vero cū essent ti
morati viri dixerūt sibi. Domina domicella
cōmēdetis vos passioni dn̄i nostri iesu xp̄i
⁊ virgini marie. Cū aūt talibus ⁊ silibus ver
bis assistentes eā taliter hortarenṫ [o deus
meꝰ quale est iudiciū tuū] Ipsa infelix mu
lier dixit. q̄d teneoꝛ tibi deus postq̄ʒ me opʒ
nūc mori. diabole do tibi corpus ⁊ aīam: ⁊ i
his verbis emisit sp̄ūm. vtinā bene. O dn̄i
mei scitꝭ bn̄ quali morte moriemi: Judicia
dei abyssus multa. ¶ Leuate corda iuuenes
mulieres ⁊ vos viri eccl'iastici q̄ratis a deo
miām: ⁊ dicatis sicut ꝑegrini. Mane nobi-
scum dn̄e. bone iesu nos recepimus corpus
vestruʒ heri: maneatis nobiscū hodie saltiʒ
per itercessionē vr̄e dignissime matris: quā
orabimus vt pro nobis intercedat salutan-
tes eam di. Aue.

¶ Ascēde ad me ⁊c. More solito mouetur
questio theologalis a magistris nostris the
ologis ⁊ presertim a Scoto dist. xlix. quarti
fundata in euāgelio hodierno vbi dr̄ ꝙ Lu
cas ⁊ Cleophas cognouerūt xp̄m: ⁊ euanu
it ab oculis eoꝝ. Utruʒ sit in potestate cor-
poris glorificati videri aut nō videi ab oculo
nostro. Uide scotuʒ ibidē. Leuate corda pau
peres pc̄tōres eritis ne dānati aut saluati:
habetis aliq̄s viduas in ista ciuitate. Statꝰ
vidualis ē multū bonꝰ si bn̄ custodiaṫ. Uir-
ginitas est primus status et perfectioꝛ. vi-
duitas est scd̄us. Et matrimonium est ter
tius. Sed vos dicetis. pater nos nō erimus
dānati: qꝛ xp̄s suo p̄ciosissimo sanguine nos
redemit: ⁊ sue sanctissime resurrectōis me-
rito nos exaltauit. Bn̄ diciṫ: sed nō totū. Au
diatis legē ciuilē. ff. de senatoribꝰ. l. femina
vbi habeṫ ꝙ vidua si clarissimo senatori vxo
rata fuerit: ⁊ postmoduʒ nubat viro status
simplicis amittit nomē prioris viri ⁊ digni

tatem. Idez habet in maiori volumine.xiij.
q.ij.c.Unaqueqz mulier. Et idē extra de se-
pulturis.c.is qui.lib.vi. Mulier que plures
habuerit viros cū vltimo sepeliet: nisi aliter
per testamētū disposuerit. ¶ Casus ē patēs
Si vxor primi presidentis marito mortuo nō
nubat: ipa vocabit dña presidens. Sz si nu-
bat alicui viro infime cōditiōis: amittit no-
men primi mariti. Et decretalis dicit ꝙ mu-
lier que habuit plures viros cū vltimo sepe-
liri dz: nisi aliter ꝑ testamentū ordinauerit.
Nūc autem ita ē ꝙ sunt duo mariti aīe nr̄e
scz deus et diabolus. Si habueritis deuz vo-
cabimini noīe dei ⁊ eritis cum deo in para-
diso. Si vero habueritis diabolū eritis cuz
eo in inferno. Joh.iiij. Hunc quē habes non
est vir tuus. Vos peccatores habuistis lon-
go tp̄e diabolum qui est pessimus maritus.
heri venistis ad deū ⁊ dixistis. pater nūc ab-
renūcio diabolo et volo accipere deū. Vos vi-
due fuistis si nō capiatis alium vos portabi-
tis nomē dei. sed si cras reuertimini ad dia-
bolum vos portabitis nomen eius. Volo di-
cere ꝙ teneatis xp̄m et manebit vobiscum:
et sic stabitis ad montem grē. Iuxta verba
the.preassum. Ascende ad me in montē ⁊c.

¶ In isto sermone erūt due ꝑtes.
Prima erit sacri euāgelij expositiua.
Scḋa ꝟtuose ascēsiōis demōstratiua.

¶ Credo ꝙ maior pars vestrū fuit in sermo-
ne hodie mane. Euangelium loqbatur de q̄-
dam apparitione que fuit heri facta: vbi tā-
gūtur tres dyalogi sicͭ dixi hodie mane vn⁹
fuit inter discipulos euntes i emaus. Scḋs
inter xp̄m et discipulos redeuntes. Tertius
inter se qn̄ xp̄s apparuit inter eos ⁊ erat in
forma peregrini. Leuate corda: oz nunc hr̄e
moralitatē. Dñi canoniste hn̄t vnā decreta-
lem extra de statu monachoꝝ ⁊ canonicorū
regulariū ca. recolentes. ꝙ qui similē vitam
cum alijs suscipiunt: silem sentiunt in legi-
bus disciplinā. Vos dñi nonne vultis ire ad
paradisum: oz ꝙ faciatis opera. ¶ Casus est
patens. Volo ꝙ aliquis iuuenis.xviij. anno-
rum capiat habitum carmelitarum vel cele-
stinoꝝ: oz ꝙ ipse ducat vitam carmelitaruz
vel celestinoꝝ. Vos mūdani pensetis q̄ztū
voletis. ad Hebr.xiij. Non habemus hic ciui-
tatem manentē: ſ futuram inqrimus. Vn̄
p̄s. Aduena sum ego ⁊ peregrin⁹ sicut om̄es
patres mei. Dicatis pape ⁊ cardinalibus: re-
gi et omnibus nobilibus ꝙ nunq̄z ibūt ad
paradisum nisi faciant sicut peregrini. Fui-
stis in sancto Jacobo vos domini: oportet
primo habere habitum. Habitus autē pere-
grini est pera: pileus: baculus: vestis: et cal-
ciamentū. Peregrinus debet cauere a trib⁹
Primo a latronibus.
Secundo a luto.
Tertio a canibus.

¶ Primo in pileo patiētia designatur. Vul-
tis peregrinari dñi: dñs conducat nos i pa-
radisum. Pileus custodit caput ⁊ vultus vt
non deuastentur: sic patiētia. vnde xp̄s. Lu.
xxi. In patientia vestra possidebitis aīas ve-
stras. vadatis vsq̄z neapolim que est nūc ab
armigeris persecuta ipsi indigent tali pileo
Laboretis quācūq̄z aduersitatem habeatis
ad habendum patientiam. Scḋo debet ha-
bere baculum ad se appodiandum ⁊ saltan-
dum: ⁊ est spes quā firmiter debemus habe-
re ad deum. Heb.vi. Fortissimū solatium ha-
beamus qui confugimus ad tenendā ꝓpo-
sitam spem: sicut anchorā anime tutā. sunt
multi hic qui forte nunq̄z videbunt pascha
futurum. quale remediuz: opz habere spem
ad deum. Tertio oz habere peram ad portā-
dum panez qui est fides ex qua viuim⁹. Aba-
cuch.ij. Justus ex fide viuit: qr nunq̄z sum⁹
securi si ascendemus vel non. Ideo oportz de-
um orare firma fide et futuram penā fuge-
re: ⁊ gloriam sempiternā expectare vt possi-
mus saluari. Quarto opz habere mantellū
id est charitatē. i. Pe.iiij. Ante oīa charitatē
habentes: qr charitas operit multitudinez
peccatoꝝ. peregrinus homo ⁊ viator debz eē
vestitus ista veste. Oportet quinto ⁊ vltimo
habere sotulares. Dixi in cena domini ꝙ fi-
lij israel comedebant pascha ⁊ habebant so-
tulares i pedibus suis. Estis hic magni vsu-
rarij et domine domicelle reperiunt ne pari-
sius spes: fides ⁊ charitas: nunqd adulteria
vsura: ⁊ homicidia omnia deuastarūt: opz
vos calciare pedes vel damnari. Ad Ephe.
vi. Calciati pedes in preparatione euāgelij
pacis. non palpetis vicia et mundanas vani-
tates: ⁊ sic facietis optimā peregrinationez.
Sed inuenitur ꝙ tria impediūt peregrinū
in peregrinatione. s. latrones: lutum: ⁊ cāes
De primo. iiij. Regum. v. Egressi fuerant ex

syria quidā latrūculi ⁊ furati sunt filiā quā
dā virginē ⁊ dederūt eā ancillā vxori Na-
amā leprosi. Uos oēs dñi caueatis a latro-
nibus qui furant totū thesaurū cū quo de
bem⁹ mercari paradisū sicut latrūculi syrie
furati sūt virginē ⁊ dederūt eā vxori vnius
leprosi: sic etiā dyaboli furant animā nostrā
⁊ faciūt eā seruā inferni. Latrones de nocte
nō dormiūt. Dyaboli oī tpe vigilāt. Jdō pe-
trus dicebat.i.Petri.iiij. Tanq̄ leo rugiens
circuit q̄rens quem deuoret. Scdo opꝫ caue
re a luto, nō est bonum peregrinari in terra
pingui qñ pluit. Silr in iuuentute durū est
peregrinari ꝑpter viā lutosam carnalitatꝪ.
opꝫ tamē cauere a luto luxurie. O deus me
us credo q̄ ab incarnatione dñi nostri ihū
xp̄i non regnauerunt tot luxuriosi in toto
mundo sicut nunc parisius. Jstud clarū est
in oī statu, opꝫ igitur illud lutū dimittere.
Uobis loquor meretricibus inuerecundis.
si vultis pegrinari ad padisum cauete a lu-
to. Tertio canes impediūt qñ.s.mordēt. Et
sunt illi q̄ truffant de bona vita alioꝝ. p̄s.
Tota die exprobauerūt me aduersū me co
gitabāt mala mihi. Si icepistis bñ facere. o
pctōres si aliq̄ truffant d̄ vobis. oꝫ cauē a ca
ne. pegrin⁹ nō dꝫ dimittere ꝑpt latratū ca-
nis iter suū. vñ xp̄s. Jo.xv. Si de mundo eē
tis mūd⁹ vos odio ñ h̄ret. Laboretis igr̄ fu
gere ista ipedimēta vt optimā pegrinatōeꝫ
facē possitꝪ ⁊ stetꝪ i mōte iux̄ v̄ba ⁊c. Ascē. ⁊c.
¶ Quantum ad secundā ꝑtem vultis stare
domini mei in montē gratie: mōs est opti-
mus. vos laborastis tota quadragesima ad
veniendū ad monteꝫ gr̄e. vos venistis ꝑ de
sertum pn̄ie. vbi habuistis multa bella cuꝫ
multis regibus. i. dyabolis. Postq̄ igitur
dñs fecit vobis gr̄am q̄ essetis in montem
gr̄e: ad ibi standū ꝑponatis mortem ante
oculos vestros. Bona. super illud. ij. Regū.
xiiij. Omnes moriemur. dicit q̄ circa mor-
tem quattuor sunt ꝯsideranda.
Primo moriendi necessitas.
Secūdo mortis penalitas.
Tertio mortis infallibilitas.
Quarto morientium diuersitas.
¶ Eleuetis corda vestra. habetur. ij. Regū.
xiiij. q̄ quedā mulier venit ad Dauid. et ro-
gauit eū vt faceret iusticiā. Rex Dauid di-
xit, vado modicū extra: in breui reuertar et
faciam qd̄ petis: Dixit mulier, omēs mori
mur ⁊ quasi aqua dilabimur: qd̄ si tu moria
ris interim quis faciet mihi iusticiā: ⁊ si ali
us faciat: qd̄ meritum habebis tu. q.d. nul
lum. ¶ O domini ibitis ad choreas: ludite
supra prata viridia: ⁊ post hec quid erit de
vobis. Audite me vita nostra est subiecta
miserie: nos sumus concepti in peccato an-
teq̄ nascamur: post natiuitatem nos viui
mus sicut bestie vsq̄ ad annos discretionis
incipimus postea peccare: ⁊ q̄to magis se-
nescimus: tanto magis pecccamus ⁊ deum
pluries offēdimus. opꝫ q̄ corpus et anima
semel separent. ⁊ dato libello repudij secun
dum canonistas q̄uis vir non vellet sepa-
rari ab vxore sua si ipse cōmiserit adulteriū:
separabuntur adinuiceꝫ propter fornicatio
neꝫ. Uelit igitur aut nolit ipsa anima oꝫ q̄
separet a corpore. DicatꝪ mihi vsurarij ⁊ vos
publice meretrices q̄s cōducet vos ad mon-
tem: an pompe: an pecunie vr̄e: Dicatis vos
domicelle amatoribus vestris q̄ veniant ad
respondendū coram deo: ⁊ ad portanduꝫ pe
nam pro pctīs vestris. Certe credo q̄ nō est
aliquis ita fatuus qui vellet hoc facere. post
q̄ igitur mors est ita necessaria q̄ opꝫ mo-
ri: ⁊ est tam amara q̄ nihil supra: teneatis
vos i bono statu ⁊ si vobis occurrat aliquod
peccatuꝫ mortale ne verecundemini venire
⁊ reuerti ad ꝯfessionem. memoraminiq̄ q̄
opꝫ mori ⁊ venire ad iudiciū diuinum. et si
fueritis inuēti in peccato mortali debetꝪ per
petuo stare cum oībus dyabolis. Laborate
igitur stare in montē gratie ⁊c.

¶ Feria tertia post pascha. Ser. lxviij.


Scende ad me in montem ⁊c. Mane
nobiscum: qm̄ aduespera-
scit: ⁊ inclinata est iam di
es. Lu.xxiiij. Dñi ⁊ aīe de-
uote si tenuistis doctrinā hesternaꝫ debetis
laborare ad saluandū aīas vestras. Dixi he
ri q̄ deus preceperat apl'is q̄ ipsi predica-
rent q̄ erat iudex viuoꝝ te mortuoꝝ coram
quo opꝫ reddere rōem deo. debemus time-
re reuerti ad statū pristinuꝫ pcti. Nūc ꝑ in-
gressu sermonis capio verbum s̄m q̄ debe-
mus querere sicut. discipuli eūtes i emaus

qui dixerũt xp̃o.mane nobiscũ dñe: q̄2 nox ē
Uos igit̃ pctõres q̄ suscepistis corp⁹ xp̄i dī
catis.dñe mane nobiscũ. Sz dicetis. pater
ad hoc q̄ xp̃s maneat nobiscũ q̄d faciem⁹?
Habetis figurã.iiij.Reg.iiij. q̄ erat quedaz
mulier sunamitis q̄ libẽter suscipiebat ho-
spites q̄ dixit viro suo helyseo,p̄pheta.Aiad
uerto q̄ vir dei ē iste q̄ trãsit p̱ nos frequen
ter.faciamus ergo ei cenaculũ paruũ pona-
mus ī eo lectũ:mẽsam: sellã: ⁊ cãdelabrũ:et
cũvenerit ad nos maneat ibi: ⁊ nõ recipiat
aliud hospitiũ. ¶ Dñi audite me q̄ h̃z bonuz
cor tenẽdi xp̃m secũ oz q̄ faciat ibi cenaculũ
et ponat ī eo tabulã:scabellũ:cãdelabrũ ⁊ cã
delã.hec mulier q̄vult locare,p̄phetã ē ꝯscia
que dz refrenare sensualitatẽ: ⁊ liberũ arbi-
triũ virũ suũ vt faciant ,p̄phete.i.xp̃o cena-
culũ.i.hospitiũ mundũ.Nescio si vos domi
celle q̄ habetis cathenas d̄ auro ac vestes pl'
cherrimas libẽter faceretis tale cenaculuz
xp̃o.lectus ē pacificatio conscie.p̃s.In pace
factus ē loc⁹ ei⁹ ⁊c.Tabula ē sacra scriptura
super quam dz cõmedere quilibet xp̃ianus.
Eccl'.xv.Cibauit illũ pane vite ⁊ intellectus
Scabellũ ē in bonũ p̱seueratio. Mathe.x.
Qui perseuerauerit vsq3 in finem salu⁹erit.
opz habere cãdelabrũ ⁊ ē cõuersatiõis bone
exẽplar.Math.v.Sic luceat lux vr̃a coram
hoībus vt videant opera vestra bona.Et ali
bi.Lucerne ardentes ī manibus vestris.Do
mini opz camerã facere altaz.⁊ significat cõ
tẽplationẽ q̄ dz eẽ desursum.Dñs eñi nõ de
dit nobis quattuor pedes vt bestijs.iõ Oui-
dius di. Pronaq3 cũ spectẽt cet'a aīalia ter-
ram.Os hoī sublime dedit celũq3 videre.de
dit ⁊ erectos ad sydera tollere vult⁹. Uos di
citis in prouerbio cõi q̄ quilibet aspicit illõ
quod magis diligit.vsurari⁹ libẽter respicit
argentũ ⁊ aurũ.lubrica mulier aspicit in ec-
clesia suũ amatorẽ.nr̃a aũt cõuersatio dz eẽ
in celis.Dñi habete cõsciam puram:sint lin
theamina vestra sicut facies vestre.⁊ tũc ibi
remanebit xp̃s.Habeatis bonos libros ⁊ de
uotos:⁊ ,p̄jciatis libros īpudicos:dimittat̄
caudas ⁊ luxurias et p̱ bona op̱a oñdat̄ ali
is vitam bonã:faciatis stare xp̃m vobiscuz.
Utinã ita fiat et crederez me fecisse bonã q̄-
dragesimã,oretis ergo eũ vt det vobis gr̃am
ampli⁹ nõ peccandi,recurrite ad beatam vir
ginem di.Aue.

¶ Ascende ad me in mõtẽ ⁊c. More solito
mouetur questio theologal' terminata a ma-
gistris nr̃is theologis:⁊ p̄sertim a btõ Tho
ma.in.iij.p̃te sũme.q.liij.articu.iij.Dixi heri
q̄ qñ corpus gl'iosum ante aliquam p̱sonaz
ponit̃ cũ volũtas ipsius sit cõformis volun-
tati diuine deus permittit q̄ aīa illi⁹ corp̱is
gloriosi faciat illud corp⁹ gloriosũ eẽ visibile
vel inuisibile sicut vult.Nũc vero q̄ro vtrum
xp̃s fuerit prim⁹ resurgentiũ.Respõdet tho
mas q̄ hoc potest intelligi. Prio q̄ nunq3
post resurrectionẽ moriatur: ⁊ sic xp̃us fuit
primus resurgentium.Iuxta illud Ro.vi.c.
Xp̃us resurgens ex mortuis iam nõ morit̃.
id ē nõ moriet̃.⁊ Apoca.i. Ego primus ⁊ no
uissimus fui mortuus:⁊ ecce sũ viuẽs.Alio
modo potest intelligi de resurrectione cum
mortalitate:⁊ sic xp̃us nõ resurrexit p̄mus.
¶ Leuate corda vestra. Audiuistis hystoriã
que facta fuit in italia. vos mulieres deside
ratis ne ire a la gorre?faciatis quõcũq3 vole
tis:oz q̄ ille vanitates mundane transeant
sicut funus. O vtinam videretis illam pau
perrimã infamẽ ⁊ horribilẽ scandalosamq3
in flammis inferni vrentẽ aīam.Habetis le
gem ciuilem.ff.de agnoscẽdis liberis.l.si q̄s
a liberis.liberti eccl'ie a patrocinio ei⁹ disce-
dentes quibuscũq3 persõis adheserint:si ad
moniti redire contempserint est manumis-
sio eoꝶ irrita sic:q̄ p̱ inobedientie cõtẽptuz
ingrati actione tenent̃. ⁊ idem h'r.xij.q.ij.ca
pi.liberti. Casus est patens. Ponatis q̄ ē
aliquis miles qui seruauerit regem nunc ī
bello: nunq̄d ēt tenet̃ illi militi multa bõa
facere? certe sic.Ioh.iiij. Meus cibus est vt
faciã volũtatẽ ei⁹ qui misit me. Hodie xp̃us
comedit in p̄ñtia suoꝶ discipuloꝶ:qui obtu-
lerunt sibi prandium paratũ partẽ piscis as
si et fauũ mellis.Hodie etiam sũt octo dies
quibus voluit comedere ficus: sed non inue
nit fructũ:ideo dedit maledictionẽ ficui.Do
mini presidentes expedire processus:⁊ nõ te
nere eos sur le bureau,p̄pter fauorem:ē bo-
nus cibus:detis xp̃o ad comedendũ. Domi-
ni eccl'ia.estis ne symoniaci? non querat̄ in
diuinis pecuniam:sed aīaꝶ salutem. si vos
facitis sic datis xp̃o fel sicut fecer̃t iudei:la-
boretis ergo dare prandiũ xp̃o in virtutibus
stando vt maneatis in montẽ gr̃e.Iuxta ver
ba the.p̃assũ,Ascende ad me in mõtez.

¶In isto sermõe erũt due partes.
Prima erit sacri euangelij expositiua.
Scđa virtuose ascẽsionis demõstratiua.
¶ Leuate corda.euãgeliũ est pulcherrimuꝫ
si fuissetis die dñica cũ peregrinis: credo ꝙ
cor vestrũ fuissꝫ ardens audiendo illa verba
melliflua:q̄ de ore xp̄i egrediebanꞇ.sequitur
Lu.xxiiij.ꝙ eadeꝫ hora venerũt in hi'l'm: et
fuit die dñica q̄ fuit dies bonoꝝ nouoꝝ illis
qui fuerũt i puritate cõscie. cũ igiꞇ isti redi
ſẽt in hi'l'm:venerũt ad domũ,vbi erãt vnde
ci apli cũ.lxxij.discipulis cõgregati.et vt dič
Bonauẽ.ꝛ Landul.ibi erat Magdalena ꝛ
alie mulieres ꝛ ꝑcusserunt hostiũ cũ violen
tia ꝛ dixerũt.Dñi dñs apparuit nobis:cogno
uimus eũ i fractiõe panis: ꝛ dixit nobis mľ
ta sic ꝙ nunq̄ꝫ audiuim⁹ eũ ita bene p̄dica
re.Tho.vero dixit.dicatis q̄cq̄d voletis: qm̄
nisi posuero manus meas in fixura clauoꝝ
et tetigerim latus nõ credã:ꝛ abijt a ꝯsortio
alioꝝ.Istis vero admirantib⁹ absente Tho.
et de re gesta loquẽtib⁹.iesus stetit i medio
eoꝝ et dixit.pax vobis.Ipsi vero ceciderũt su
per genua sua ꝛ dixerũt.dñe da nobis veniã.
te eñi grauiter offendimus: te dimittẽdo et
fidẽ tuã negando.Dixit eis xp̄s.accipite spi
ritũ sanctũ quoꝝ remiserit ꝗ peccata. Adhuc
tñ euꝫ resurrexisse a mortuis firmiter crede
re non poterant. credebãt eñi hoc fantasma
esse.ipse vero dixit eis.palpate ꝛ videte: qm̄
spũs carnẽ ꝛ ossa nõ hꝫ sicut me videtis hr̄e.
et quidã eoꝝ p̄ gaudio nõ poterant loqui et
dixit eis.Habetis aliquid ad comedẽdũ: re
sponderunt.ita dñe: partẽ piscis assi ꝛ fauũ
mellis.bone mulieres dicatis sic.O bone ie
su ob reuerentiã illi⁹ glorie ꝛ gratie quaꝫ de
distis hodie discipulis:detis nobis vnã gut
tam gratie vestre ad fugandas et extirpan
das oẽs tẽtationes demonis. xp̄us eñi i oi
bus tenuit mediũ.iõ si non volum⁹ deficere
opꝫ ꝙ teneam⁹ mediũ:q2 Aristo.ij.Ethi.dič
ꝙ in medio stat virt⁹:nõ ƀm rem: sed ƀm rõ
nem.xp̄s eñi fuit in medio,
Pr̄io duoꝝ aialiũ.
Scđo in medio doctoꝝ.
Tertio in medio latronũ.
Quarto hodie i medio discipuloꝝ.
¶ Quelibet eñ virtus hꝫ duas extremitates
viciosas. Natus ẽ ergo in medio duoꝝ aiali
um;nec habuit vestes p̄ciosas dñi neq̄ꝫ nu
tricẽꝫ ꝛc. Bos aũt ꝛ asinus significant illos
qui non hñt sciam articuloꝝ:sicut aliq̄ sunt
curiosi q̄rendi q̃ones curiosas:dimittẽdo ea
que necessaria sũt. State i medio duoꝝ aia
liũ:residuũ vero dicẽꞇ post prãdiũ:ꝛ sic stabi
tis in mõte gr̄e. Iux̄ ver.the.pre. Ascẽde ꝛc.
¶ Quãtũ ad secũdã ꝑtẽ. Si vultis stare in
gratia dei que per montem gratie significa
tur:opꝫ timere mortẽ ꝛ sepe meditari. Pro
uer.xxviij.Beat⁹ hõ q̄ sꝑ ẽ pauid⁹.ꝛ Eccľ.xix.
Qui spernit modica paulatim decidit. Ap
proximata stupa igni immediate consumiꞇ
si non sit impedimentum.ego non velleꝫ de
clinare ad miaꝫ vt destruã diuinã iusticiã:ꝫ
in oĩbus vellem tenere medium. videtis de
aliquibus qui non curant peccare venialiꞇ:
et ideo faciliter cadunt in peccato mortali.
Xp̄us tenuit medium in quattuor locis.si
gnificant virtutes cardinales.s.prudẽtiam
fortitutidineꝫ:iusticiam:ꝛ tẽperantiam: in
quibus q̄ttuor v̓tutib⁹ sꝑ bonũ ẽ habere me
diũ. de tẽperantia primo hꝫ excessum ꝛ de
fectũ nec oꝫ excedere:neq̄ꝫ deficere: nec opꝫ
occidere carnẽ:nec opꝫ nimis nutrice carnẽ
Unde Pau. Roma.viij. Si ƀꝫ carnẽ vixeritꝭ
morte moriemini.Quidam ducuntur fatu
is cõsilijs et sic seip̄os dãnant.siľr de fortitu
dine q̄ habet duas extremitates.s.audaciaꝫ
et timorẽ.opꝫ imitari ꝛ facere sicut xp̄us: ꝛ
dicere corp⁹ meum non est nimis aptuꝫ ad
portandũ laborem: q̄ꝫ corpus alterius. ideo
oportet ieiunare: neq̄ꝫ ẽt ẽ magis ferreũ ad
subeundũ labores q̄ꝫ corpus alterius. Ideo
oportet fortiter subire ista pericula'. vñ p̄s.
Fortitudinẽ meã ad te custodiã.De iusticia
que habet ferocitatẽ seu crudelitatẽ ꝛ nimi
am misericordiã pro extremis. Lu.ij. Beatis
sima virgo maria vidit filium suum inter
doctores: ꝛ dixit.fili q̄d fecisti nobis sic.ego
eꝛ pater tuus dolẽtes querebamus te. Sic
bonus pater ꝛ bona mater cuꝫ modestia de
bent filios suos corripere. Domini quattu
or virtutes cardinales sunt quattuor cardi
nes in quibus voluiꞇ tota honestas conui
ctus humani.si vultis ergo stare in gr̄a opꝫ
hr̄e istas q̄ttuor virtutes quas xp̄us exẽplo
suo hodie edocuit per pisceꝫ ꝛ fauũ mellis.
Rogabim⁹ eum vt det nobis ptãteꝫ adipi
scendi istas virtutes.
¶ Eadem die post prandiũ, Ser.lxix


